



Dialogus in epistolam D. Pauli ad Romanos

<https://hdl.handle.net/1874/428831>

DIALOGVS
IN EPISTOLAM
D. PAVLI AD
ROMANOS,

ANTONIO CORRANO HISP.
HISP. IN ACADEMIA OXONIEN-
si Professore, Theologo,
autore.



FRANCOFVRTI,
Ex OFFICINA TYPOGRAPHICA
Nicolai Baffari.

clo. 15. LXXXVII.

DIALOGAS
IN EPISTOLAM
AD TITULI
ROMANOS

АКИ ОУДУ СКОТІУ
ЛІСОК ПІВНОЧІ
СЕРДІЧНИСТІ



АУКАНАН
АСИТАЛОН ТАЛОН
АЛОН

АУКАНДА

ARGUMENTVM GE-
NERALE IN OMNES EPI-
stolas Apostolicas.

SPIRITVS sanctus ita tem-
peravit Epistolas Apostolicas,
ut singulæ suum ab aliis diuer-
sum tractent argumentum.

Nam ad Romanos, Catechesin Christia-
nam absoluit.

Duae ad Corinthios, difficultates Ecclesia-
sticas explanant.

Vna ad Galatas, conterouersiā Mosi & Chri-
sti iustitiariorum, & Christi fidelium dirimit.

Ad Ephesios, regnū Christi vberius explicat,
quemadmodum & ad Colossenses & ad Philip-
penses scriptæ.

Duae ad Thessalonicenses, Antichristum &
nouisimum diem cum resurrectionis mysterio,
quaꝝ buc spectant, describit.

Argumentum

Duae ad Timotheū, & una ad Titum, vīri Pastorū & Episcopi munus graphicè depingunt.

Una ad Philemonem, misericordia & Christianæ charitatis argumenta delineat.

Ad Hebreos missa, Christum de Mosis ymbris & Prophetarum oraculis illustrat.

Jacobus, errorē ex Paulinæ Doctrina posterā intelligētia profectum corrigit; docetq; fidem saluificam, viuam & fructuosam esse debere.

Petrus, tractat Christi regnū, crucisq; mystrium, sed suo stylo & charismate; idem dicens quod Paulus; sed non eodem modo; ut consentire eos cognoscas, non conspirare.

Ioannes, amicitiā & unitatē nostricū Deo per Christum docet: hinc charitatem & bonae operacum Iacobo virget.

Iudas, Apostasia pericula aperit, Petri suffragator, metum etiam Dei contra nouitios doceri volens, non gratiā tantummodo & misericordiam; ne in carnalem libertatem transeat diuinæ clementiæ prædicatio.

Apocalypsis, futura nouissimi temporis mysteria pandit.

Hinc

Generale.

Hinc manifestè liquet; nihil absolutius ha-
beri aut legi posse nouo Testamento. Docet e-
nim scienda, & praecavet noxia prophetans et-
iam futura bona & mala...


A 3

ARGV.



Georgie
and the other
and the other
and the other
and the other
and the other

Georgie



ARGUMENTVM
EPISTOLAE PAVLI APO-
stoli, ad Romanos, ex libris Atha-
nasij Episcopi Alexan-
drini.

PAVLI vocantur Epistolæ, propterea quòd eas ille scripsit. Et per has, cùm eos quos viderat ac docuerat, admonet & corrigit, tum quos non viderat, instruere conatus ea docere, quemadmodum scire possunt, qui in eas incidentur. Hanc autem Romanis è Corintho scripsit, cùm eos nō dum quidem vidisset, audiuisset verò de illorum fide, cuperetque videre eos. Et initio quidem laudat illorum fidem, quam videbat passim annunciarī. Deinde significat sæpenumerò propositum sibi suisse, veniendi ad eos, propter desiderium quo erga eos affectus erat, hactenus verò non licuisse. Cæterūm docendi modo Epistolam contexit, de vocatione gentiū, & quòd

Argumentum

circumcisio temporaria fuerit , iam verò
cessauerit, quòd per Christum solutum sit
delictum Adæ , quòd umbra legis transie-
rit. Vocationem itaque Gentium , conse-
quenter recto ordine factam esse , ad hunc
modum probat. Ostendit vniuersis homi-
nibus insitam esse legem , & quosuis citra
doctrinam (legis) naturali iudicio ex ipsa
rerum conditione Deum cognoscere pos-
se. Quapropter & meritò gentes priore
loco accusat, quòd cùm ipsis cognitionē
sui Deus ex operibus mundi patefecerit, &
simul sempiternam potentiam suam, que
Verbū ipsis est, in quo & per quod omnia
fecit, ostenderit, ipsis non cognouerunt ex
creaturis Deum esse talium opificem, sed
magis operibus illius diuinitatem adscri-
bentes, creaturas potius adorarunt quam
creatorem. Accusat autem & Iudeos, vt
qui legem non seruarint, imò per trāsgres-
sionem legis Deum magis dchonestarint.
Atq; ita vtramq; partē tam Iudeos quam
gentes arguit , & sub iniuitate transgres-
sionis concludit, vt ostendat omnes pares
esse factos inter se , exæquo reos, & redem-
ptionis

Epiſtōle ad Romanos.

ptionis egētes. Deinde meritō & gentium factam esse vocationē ex eo declarat, quòd gratia & redemptio æ qualiter contingere & iudeis & Gentibus, vocatione verò gentium facta, necessariò cessasse circumcisio- nem & legis umbram. Nam Abraham, inquit, non in circumcisione, sed ante cir- cumcisionem iustificatus, nominatus est Abraham, quoniam futurum erat, ut fieret pater multarum Gentium, secundum fi- dem, quæ erat in præputio. Circumcisio- nem autem postquam iustificatus erat, ac- cepit in carne, ut signum esset posteris ex ipso, secundum carnem nascituris; quòd desituta esset circumcision, quando Gentes fierent filij Abraham, inciperentque viuere secundum fidem Abraham, in qua ille cum adhuc esset in præputio iustificatus est. E- tenim horum gratiā, cùm anteà dictus es- set Abram, vocatus est Abraham. Erat au- tem necessarium, ut venientibus rebus præ- signatis, desineret signum. Quapropter si qui cogunt Gentes circuncidi, iidem tol- lant & nomen Abraham, & vocēt eum A- bram. Si verò Abraham vocatus est à Deo,

A 5 non

Argumentum

non oportet Gentes circuncidi, imò ne Iudaï quidem secundum carnem amplius circuncidendi sunt, vt firmum sit nomen Abrahæ, voceturq; pater multarum Gentium; ferendum enim posthac non est, vt quisquam circuncidatur, cùm sufficiat fiducia Abrahæ, nec opus sit vlla legis umbra. Non enim iustificatur quisquā ex talibus, sed ex fide, quemadmodum & Abraham. Postquam ista ad hunc modum probauit, iterum ostendit, quòd nec Israëli, nec Gentibus alia possit ratione redemptio & gratia obtingere, nisi primum illud & vetustum peccatum, quod per Adam in omnes mortales peruenit, soluatur: deleri autem per aliū non posse, nisi per filium Dei, per quem & ab initio maledictio facta sit. Neq; enim possibile erat, vt aliud delictum hoc solueret. Deinde scribit quòd nullo alio pacto factū sit, quām vt corpore assumpto filius Dei fieret homo, vt corpus hoc, inquam, iisdem nobiscum passionibus obnoxium esset, pro omnibus offerret & omnes à morte liberaret. Et quemadmodum per vnum hominem peccatum in mun-

Epiſtolæ ad Romānos.

Inundum ingressum est, ita & per vnum hominem ad omnes mortales gratia perveniret. Deinceps verò tanquam bonus œconomus Iudæos consolatur, quòd legis transgressores futuri nō sint, si in Christum credant; his verò qui ex gentibus crediderant, edicit, ne contra Israëlem inflentur, sed cognoscant se, veluti ramos radici; ita Iudæis esse insertos. His absolutis sermones hortatorios ad docendum bonos mores subtexit, atque ita epistolam finit.

DIALO-





Wij zullen na den Locomotief


Huysen's instigatiën gaen wij vóór vanne
poortje van de oude weg te huysen blieven
tegen. De uitvalleweg en de landweg soude
welke oude weg, eindigt tegenwoordig op zijn
einde, en de uitvalleweg ligt in Cappelstein
gelegen; die weg dijk en beekvuren tegende
staen, en de oostelijke oever langs een rivier
tegen, dat is de Oude Maas; uit de rivier
komt een groot water, dat is de Kromme Maas,
die door de drie dorpen loopt, die tot de gemeente
Hoornen behoren, en die rivier heeft een
hoogste standplaats, en dat is de Krommeweg.


DIVTO.











HONORATISSIMO
VIRO, DOMINO CHRISTO-
PHORO HATTONO, *I summo Angliae*
Cancellariō, &c. Domino mihi multis
nominibus obseruando.



VM HISCE DIE-
bus è Germania accepis-
sem quendam dialogum
in Epistolam Apostoli
Pauli ad Romanos, olim
à me conscriptum, nunc
verò amicorum operâ
iterum typis expressum, suis tamen præfa-
tionibus atque appendicibus mutilatum:
cæpi de προσφωνήσι, vel (vt vocant) dedicati-
one huius libelli cogitare. Et quemadmo-
dum solent ex hac vita discessuri, testa-
mentum condere; ac, si ære alieno grauati
sint, ad dissoluenda nomina, supellectilem
etiam suam distribuere: sic mihi iam bis
sexa lustra peragenti, ac de vltimo discessu
cogitanti, identidem eorum nomina oc-
currunt, qui sua benevolentia, nonnun-
quam etiam, & beneficentia meam pere-
grinationem veræ Religionis, atque since-
ræ pietatis ergo susceptam adiuuarunt;
deque mea chartacea supellectile fidissi-
mis creditoribus committenda commo-

**.

ne-

nefaciunt. In quorum Catalogo, cùm
tuæ dignitatis nomen imprimis occurre-
ret (vir honoratissime) officij mei, atque
eius hominis, qui ingratus nullo modo vi-
deri velit, esse duxi: qualicunque publico
monumento, animi mei erga te gratitudi-
nem presentibus, atque posteris, in huius
dialogi præfatione testari. Porrò cum de
præfationis argumento cogitarem, statum
rerum præsentium perpenderem, muneris
deniq; (ad quod nuperimè euectus es)
amplitudinem, & ad res componendas oc-
casionem, adeoq; autoritatem conside-
rarem: mihi in mentem venit, quasi in bre-
ui quadam tabella nostræ Europæ partis
statum describere, tuosque oculos ad quo-
tundam miserorum calamitates intuen-
das, animum ad subleuandas allucere. Hæc
dum meditor, deque coloribus, quibus or-
natio, ac splendidior tabella mea pro-
diret, quique sine assentationis, vel odij
nota, rem quasi spirantem representa-
ret, nonnihil sollicitus cogito: en tibi,
casu quodam, vel (vti ego interpretor) di-
uinâ prouidentiâ venit mihi in mentem
excellentis cuiusdam pictoris, historici,
certè quidem prudentissimi, & in rebus ge-
ren-

rendis, multum, diuque versati, Cornelij Taciti, egregia quædam pictura, quam magna olim cum voluptate spectasse memini, & quæ non modò prisci illius temporis formam, & imaginem oculis subiectat: sed nostræ etiam ætatis non modò extrema quædam lineamenta, sed ipsam propè effigiem adumbrare, & conseruare videatur. Quam equidem egregiè depictam tabellam non renouatam à me, aut interpollutam, sed iisdem ipsis coloribus priscis, & eo quasi vestitu, quo est a parente suo Tacito nobis tradita, in hoc limine suspendam quasi, & in bona luce colloabo, ut à te primum (vir clarissime) tum verò ab alijs omnibus nonnulla (vti spero) cum utilitate spectari possit. Est autem ea huiusmodi. Iam verò Italia nouis cladi- Tacit. lib. 1.
bus, vel post longam sæculorum seriem re- Annal. petitis, afflicta: haustæ aut obrutæ vrbes: " fœcundissima Campaniæ ora, & vrbs in- " cendijs vastata, consumptis antiquissimis " delubris, ipso capitolio ciuium manibus " incenso. Pollutæ ceremoniæ. Magna a- " dulteria. Plenum exilijs mare. Infecti cæ- " dibus scopuli. Atrocius in vrbe sæuitum. " Nobilitas, opes, omitti gestique honores " pro crimine, & ob virtutes certissimum "

exitium. Nec minus præmia delatorum
inuisa, quæm scelera: cùm alij sacerdotia,
& consulatus, vt spolia adepti, procuratio-
nes alij, & interiorem potentia augerent,
ferrent cuncta. Odio, & terrore corrupti-
in dominos serui, in patronos liberti, &
quibus deerat inimicus, per amicos op-
pressi. Non tamen adeò virtutum sterile
sæculum, vt non & bona exempla prodi-
derit. Comitatæ profugos liberos matres:
sequuntur maritos in exilia coniuges: pro-
pinqui audentes, constantes generi: contu-
max etiam aduersus tormenta seruorum
fides: supremæ clarorum virorum necessi-
tates. Ipsa necessitas fortiter tolerata, &
laudatis antiquorum mortibus pares exi-
tus. Quod quæso potest (vir honoratissi-
me) monumentum afferri aliud, in quo
hinc vitia, illinc. virtutes huius nostri sæ-
culi tam graphicè depingi videantur? E-
nimvero, si mutatis locorum nominibus,
liberè liberet nostram Europam suis colo-
ribus depictam ex aduerso componere:
aut ego prorsus hallucinor, aut Taciti ad-
umbratio ab Europæis miserijs ac cala-
mitatibus, non admodum dissideret. Quid
relicto Ethnico scriptore, ex sacris vo-
luminibus similia regnorum & ecclesia-
rum

rum simulachra deponuntur? Quid Ie-
saias tempore Oziae regis publicè clamat?
Heu gentem improbam? (inquit) popu-
lum vitijs onustum, stirpem maleficam,
natos perditos, qui Iehouam deseruerunt.
Sanctum Israelitarum despiciunt: retro
recesserunt. Quā iam in parte feriamini,
si delinquere perrexeritis? Totum caput
ægrum est, totum corpus languidum, à
pedis vestigio ad caput, nihil est in eo sa-
num: vulnera, vomicæ, vlceraq; purulenta,
non malagmate curata, non fascijs obliga-
ta, non sunt oleis mitigata. Terra vestra va-
sta est, vrbes igne crematæ, agrum vestrum
in conspectu vestro comedunt alij, eoque
hostiliter depopulato, restat puella Syon,
vt casa in vinea, vt tugurium in cucumera-
rio, vt vrbs obfessa. Quod nisi Iehoua ar-
mipotens reliquias nobis reliquias fecisset:
essemus pænè vt Sodoma: essemus (in-
quit) Gomorrhæ similes. Eius autem col-
lega & vates Osea, an non eandem occinit
cantilenam, ostensis illius regni flagitijs?
Audite (inquit) Iehouæ verba, Israelitæ.
Nā Iehouæ lis est cum terræ incolis. Quo-
niam nulla fides, nulla pietas, nulla Dei
cognitio est in terrâ. Peierare, mentiri,
occidere, adulterare: profligati sunt, san-

Iesay. 1.

Osea. 4.

guinemque contingit sanguis , atque cæ-
des perpetuantur. Ideoque luget terra, pe-
reuntque omnes eius incolæ, vna cum ter-
restribus bestijs, aubusq; aëreis, confectis
etiam piscibus aquatilibus. Et ne prolixior
sim in huiusmodi descriptionibus reci-
tandis; vnuſ Apostolus Paulus tribus pri-
mis capitibus Epistolæ, quā ad Romanos
misit, tantum tamq; admirabilem artifi-
cem in depingenda sui temporis facie pre-
sttit, vt nihil possimus amplius desidera-
re. Neque à me insectationis causâ , sed
commiserationis affectu hæc recitantur:
atque discupio vt Christiani principes, ac
proceres de remedio cogitare relictis bel-
lis ciuilibus dignarentur. Interim in hoc
meo spontaneo exilio, rerumque statu in-
commodissimo, præter vota, & preces, ni-
hil consilij habeo: & si quid habeam, vt
sunt exulceratissima nostra tempora, vix
in medium afferre ausim . Illud igitur,
quod liberè nunc possum, oro (vir hono-
ratissime) & Christi seruatoris nostri no-
mine tuam D. obtestor; vt oblatis occasio-
nibus, eo animo sis comparatus ad affli-
ctorum calamitates subleuandas ; vt non
modò in iure dicundo, tuam æquitatem il-
lis ostendas; verum etiam in publicis dis-
cidijs,

fidijs, ac similitatibus componentis, amicitiisque conciliandis, tuam singularem humanitatem, atque raram prudentiam patefacias. Porro quod ad hanc meam lucubratiunculam spectat, quia in vestro templo Londinensi, (vbi legibus municipalibus regni operam dabas cum aliis generosis, quibus tum temporis sacros libros in vestro cætu interpretabar) est elaborata; ad vestrum rursus patrocinium reuertitur, & quod omnibus in genere fuit olim communicatum, nunc tuae D. duplice nomine dedicandum existimaui. Primo, ut generosi vestri templi, vagante in sine patrone, sed fortassis non sine lectoribus in Germania libellum, iure postliminij tua authoritate eum sibi possint vendicare: altero, quia huius nostræ Academiæ hoc tempore ea animi alacritate protectionem, patrocinium, adeoque regimen ita suscepisti; ut non modò totum corpus Academicum; pietatis augmentum, bonarum litterarum progressus, pacem atque tranquillitatem exspectet: verum etiam singula membra tuam benevolentiam, atque fauorem in honestis suis conatibus promouendis sibi polliceantur. Deum igitur

clementissimum precor , vt honoratissimæ tue dignitati adsit , saluberrima consilia suggerat , & ad Christi regnum promouendum , tua vota omnia , atque conatus dirigere dignetur . Oxon. *Calend.*
Octobr.

Tua Dignitatis studioſſimus,

ANT. CORRANVS

Hispalensis.

LECTORI CANDIDO
ATQVE AB OMNI PAR-
TIVM STUDIO ALIENO
MENTEM CHRISTO
DIGNAM.



E paginas albas hic relinqueret typographus, visum est, Christianæ Lector, paucis attingere, quæ ad huius Epistolæ Paulinæ intelligentiam conducere videntur, ut si libros aliorum ad manum non habeas, breviores hæ note, possint tibi esse adiumento. Ac in primis, quod ad huius Epistolæ autorem spectat, vel (correctius dicam,) scriptorem (Etenim Spiritu Sancto dictante, hæc scripsit Paulus) verè Diuina, est eius prudentia: miro enim consilio singularis artifex in hac Epistola sermonē temperat inter Iudeos & gentes, dum studet, omnes omnibus modis ad Christū pellicere: neque vult, si fieri possit, quemquam omnino mortalium perire suo duci, cui militabat. Itaque nunc hos obiurgat, nunc illos: nunc rursus erigit, ac subleuat. Gentium supercilium deprimit, ostendens, nihil illis profuisse neque naturæ legem, neque philosophiam, (cuius professione tumebant,) quò minus

in omne scelerum dedecus prolaberentur.
Rursum Iudeorum arrogantiam coercet; qui
legis fiduciā perdidissent id, quod erat totius
legis caput, fidem in Christum Iesum: docens
legis ceremonias antiquatas esse, iam coruscans
se Christi Euangelio, quem legis umbra deli-
niarant. Porro, veros esse filios Abrahæ, qui
fidem Abrahæ referrent: verè Iudeos esse, qui
Christum Meschiam profiterentur: verè cir-
cumcisos, qui mentem haberent à fœdis cupi-
ditatibus repurgatam: veram iustitiam ac
perfectam salutem citra legis auxilia, per E-
uangelium: ac solam fidem in Christo, conser-
vi ex æquo omnibus: licet ea salus peculiari-
ter olim esset promissa Iudeis: sed ita his pro-
missa, ut Prophetæ non tacuerint, fore, ut illis
reycientibus, ad gentes prædicatio Christi pro-
pagaretur. Per legem Mosaicam, veram iusti-
tiam nulli contingere, sed per fidem; idq; docet
tum exemplo Abrahæ, tum varijs ipsius legis
testimonij. Et ad eum modum detracto u-
trisq; supercilio, adempta utrisq; fiducia sui,
omnes equat in negotio fidei Euangelica: ita
gratulans saluti gentium, ut suæ gentis cæcita-
tem, paterno deploret affectu, licet illam ubi-
que pertinacissimè infensam experiretur; at-
que id per se durum ita mitigat, ut dicat, nec
omnes excacatos, & fore, ut aliquando re-
sipiscas

spiscat Iudeorum natio, fide gentium prouocata. Atque hic obiter varia, multiplexq; doctrina de praefinitis siue prædestinatis, de vocatis, de gratia & merito, de libero arbitrio, de diuino consilio nobis inscrutabili, de lege naturæ, de lege Moysi, de lege peccati. Varij item allegoriarum fontes, dum duos facit Adamos; alterum, quò nascimur iuxta carnem mortales; alterum quò renascimur, immortales futuri. Duos homines, internum & externum; internum spiritui & rationi parentem; externum cupiditati & affectibus obnoxium; quorum priorem aliquando spiritum appellat; posteriorem, interdum corpus siue membra, interdum carnem, aliquoties legem peccati vocat. Duplicem mortem, corporis & animi: & tertiam, quâ morimur peccato & peccandi affectibus. Triplicem item, vitam, quâ viuimus anima, quâ corpore & quâ iustitiae & peccato. Duplicem seruitutem, aut libertatem, qua vicissim, vel innocentia seruimus, emancipati à peccatis: vel peccatis observimus, liberi à iustitia. Duplicē Iudaismum: duplicem circuncisionem: geminos posteros Abraham: duas partes legis Mosaicæ, carnalem, veluti corpus, spiritualem, velut animam legis. Duplicem baptismum, quo primum ablui-
musr a peccatis pristinis, sacro lauacro: & quò Christo

Christo commorimur, abdicatis mundi affer-
tibus. Duplicem sepulturam: corporalem,
qua triduo sepultus est Christus, & spiritua-
lem, qua nos semoti à mundi vitijs, requiesci-
mus in illo. Duplicem resurrectionem, alte-
ram, quæ præcessit in Christo, in nobis sequu-
turam; alteram, quæ nos à peccatis pristinis re-
diuiui, progredimur à virtute ad virtutem;
hac parte, quo ad licet futuram immortalita-
tem meditantes. Duplicem iustitiam, Dei,
& hominum. Duplex iudicium, Dei & ho-
minum. Duplicem laudem sine gloriam apud
Deum, & apud homines. His dissertis, tran-
sit ad locum moralem: in primis adhortans
ad mutuam concordiam, exemplò membro-
rum corporis. Et quoniam pax constare non
potest, ubi fastus est, aut liuor, obsecrat, ut ob-
sequiis mutuis, mutuum amorem alant, foue-
antq: Romanos, ut Iudeorum infirmitatem
ex diutina legis assuetudine relictam ferant.
Contrà, Iudeos, ne gentibus in Euangeliū con-
sortium ascitis in videant, sed eorum fidem ac
libertatem potius emulentur; & quum idem
sit omnium Deus idem Christus, eadem gra-
tia, idem præmium, omnes in unum corpus co-
alescant, neque quisquam sibi arroget quic-
quam: sed si qua dote præcellat aliquis, eam ad
fratris opem accommodet.

Hec

Hec & similia eruditii interpretes annotarunt, ut huius celeberrima Epistola difficultates vel auferrent, vel saltem redderent minus salebrosas & obscuras. Nam, quod nonnulli non tam impudenter quam impie blasterant, hanc Pauli Epistolam, plus habere difficultatis, quam utilitatis, nefas est dictu, vel cogitatu. Porro quod ad meum dialogum spectat; eo certe consilio, hanc expositionis formam sum sectatus, ut confusior sermonis ordo, identidem etiam hyperbatis hiulca oratio, an antapodata nonnunquam inabsoluta, ea quam potui industria, aliquatenus emolirentur. Nam, quod ad res ipsas pertinet, orthodoxos interpretes sum sectatus. Nostri vero temporis controvexas, alijs meis tractatibus ventilandas reliqui. Habeo enim paratum opusculum, de ratione conciliandi controvexas nostri temporis, que Christianas Ecclesias vexant, atque discerpunt. Cum illud opusculum in lucem prodierit, facile intelliges, Christianae lector, quid sentiam de Theologicis certaminibus, quae hoc tempore, in scholis vigent, & qualis sit mea sententia, de illis questionibus, quae me moderatore in cœtu, cui præfui per septennium, fuerunt disputatae.

Nunc vero, quia prior ille Dialogus, (quod junioribus huius Academiae Oxoniensis, tamquam

quam Christianam Catechesim, hanc Aposto-
li Pauli ad Romanos Epistolam explanabam,
mihi visus est breuior ne dicam, ieiunior, vt
tantæ rei dignitati respondeat; facile permisi,
hanc secundam lucubratiunculam longiorem
atque copiosiorem, iterum typis mandari: non
modo vt iuuentuti sacrarum literarum studio-
sa aliquid adiumenti afferat, sed etiam, vt
absentibus meas opiniones de Christiana do-
ctrina ostendam; meamq; innocentiam contra
sycophantarum morsus; ac male feriatorum
hominum clancularios rumores posteritatis pa-
refaciam. Sunt enim hodie ingenia, quibus,
Latinus Menander iniustius quicquam esse
negat, quæ nisi quod ipsi faciant rectum nihil
esse arbitrentur. Ego vero quum questiuncu-
lis proponendis, atque dissoluendis minimè
delecter, multoq; minus bellicis expeditioni-
bus sim idoneus, utpote meticulosus natura-
iam sexagenarius, & ad pacis potius quam cer-
taminū ac præliorum rationes propensior, mea
solitudine, atque literarum solatiō contentus,
huiuscmodi lucubratiunculis meum sponta-
neum exilium lenio, ac meorum aduersario-
rum inseclationes, (veluti clavo, uti dicitur,
clavum pellens) rerum sacrarum medita-
tionibus, eorum calumnias ex animo abole-
re satago. Verum de his alias tempestiuus, &
fortassis

fortassis copiosius. Nunc pie lector, si libes,
paraphrasim illam nostram in Ecclesiastem
Solomonis, cum hoc dialogo poteris coniungere,
atque Deum clementissimum tecum
precari; ut suæ Ecclesiae misera-
tur, temporaque pacatoria
nobis concedere
dignetur.

V A L E.

Errata negligentia Typographi
commissa sic corrigantur.

| Pag. | Lin. | Errat. | Correct. |
|-------|------|-----------------------|---------------------------------|
| 1. | 22. | Audire. | Adire. |
| 11. | 1. | exterioris. | exteris. |
| 13. | 6. | mirabiliter. | miserabiliter. |
| 16. | 7. | traditatem. | tarditatem. |
| 23. | 16. | illis. | illi. |
| 37. | 10. | sit. | sic. |
| 40. | 2. | effecta. | efficta. |
| 81. | 16. | Præbuistis &c. | Præbuistis tur- pitudini &c. |
| 89. | 28. | subduxit. | seduxit. |
| 90. | 24. | crescendo. | crescendi. |
| 91. | 15. | Adde. | Adeò. |
| Ibid. | 17. | peccasti? | peccati. |
| 92. | 27. | faciant. | faciunt. |
| 129. | 22. | Collantes. | collocantes. |
| Ibid. | 23. | Offendunt lapidem. | offendunt in lapidem. |
| 142. | 14. | hæredum. | hærendum. |
| 160. | 15. | nempe esse. | nempe mini- strum esse. |
| 161. | 2. | qui. | quia. |

DIALOGVS,

QVO EPISTOLA BEATI PAVLI AD ROMANOS FA-

miliariter explicatur. Huius personæ seu interlocutores
sunt Paulus, & unusquispiam Romanorum ciuium, qui
Apostolum in custodia inuisit Romæ, Act. 28. Illi

interroganti ipse respondet Paulus suis
ferè verbis paraphrasinōs
explanatis.

ROMANVS. PAVLVS.



V A N Q V A M mihi iucundus est
hic tuus in urbem aduentus, Paule
charissime; tamen multò iucundior
futurus erat, si te his solutum vincu-
lis aspicerem.

P. Non paruam hoc nomine tibi habeo
gratiā, vir honestissime Sed ipsa quidem
mea vincula voluntatem tibi detrahere,
aut diluere non debent, quod ea certa sint
mei officij, sive vocationis testimonia, &
quasi quoddam tesseræ. Sed quid causæ est,
quod me audire non dignatus sis?

Nil aliud certè, nisi studium quoddam incredibi-

A le intel-

2 Ad Romanos

le intelligenda Epistola illius, quam ad nostros ciues
non ita pridem misisti. Horum quamvis plurimi in
vnam Christianam Ecclesiam coaluerint, nescio ta-
men, quo modo pars eorum singularem ex ea capiunt
voluptatem; pars verò peruicacia, ne dicam an igno-
rantia, aut simulatione quadam callida, oculis, au-
ribusq; illam auersantur. Itaque oro, atque obsecro;
vt, si tibi quid superest à rebus tuis ocij, diligentius
omnes eius locos inter nos excutiamus; ita ut hoc ve-
ro exemplari exhibito (quod mihi Romana lingua
parauit) mihi interroganti, quæ subdifficilia videbun-
tur, tua responsione reddas quamfacilima.

P. An est quod mihi contingat hac exerci-
tatione gratius aut iucundius? cùm totus
ad munus meum gnauiter, ac strenuè exc-
quendum incumbam? Quare vnde voles
sumito interrogandi initium, & ad omnia
ordine, ac dilucidè, vt potero, Latinè re-
spondebo. Laudo etiam tuā diligentiam,
& industriam in paranda hac versione; qua
me Romanè Romano loquentem facis.

R. Ab ipsa igitur Epistola inscriptione exordiamur.
Quid hic doces?

*18.9.1.
GAL.1.13.
18.13.2.* P. Et me illum esse Paulum profiteor, olim
Euangelio Christi, Christianisque omni-
bus infestissimum; & nūc ipsius Iesu Chri-
sti seruū; nec id solūm, sed etiam quod pre-
statius est, ascitum, electum ac euocatū, vt
ipsius essem Apostolus, id est, vel orator,
velle-

Caput I.

3

vellegatus, vel interpres; non quidem ad humana negotia tractanda, sed ad diuulgandum, ac promulgandum Euangelium, sive felicem atque salutarem à Deo opt. max. nuntium: quod ipsum è dico, vt ne quis me putet temere in hanc legationem atque functionem irrupisse, quum hanc mihi prouinciam diuinitùs fuisse impositam omnibus & verè & ingenuè profitear.

R. Rectè. Sed quid hoc est Euangely, aut nuntij auſpicii; quum à multis nouitatis cuiusdā infimuletur?

P. Tantum abest, vt Euangelium in rebus 2. nouis numerandum videatur, vt verè sit diuinarum, ante omnem memoriam, promissionum exhibitio, perfectio ac consummatio.

P. Quos habes illarum testes ac interpretes?

R. Ipsos Domini Prophetas, quibus merito fides est adhibēda; quum & plurimi extiterint, & veritatis assertores sint certissimi.

P. Quibus autem literarum monumentis, vel è quibus archiis hæ promissiones vobis prodita fuerunt?

P. Sacrosanctis scripturis, quas Dominus suis patefecit, vt de sua voluntate certam omnes animis suis persuasionem ac fiduciam conciperent.

P. Quodnam autem est huius Euangely subiectum, quodue argumentum?

5. P. De filio Dei, qui factus est de semine Dauidis, quod ad carnem pertinet, ac filius Dei simul declaratus est summa cum potentia per Spiritum sanctificantem.
- R. Vnde verò hac effulgit filij Dei diuinitas, quóde etiam modo?
- P. Ex ipsa mortuorum ab inferis excitatione seu resurrectione Iesu Christi Domini nostri.
- R. Hic agnoscō miram personam Iesu Christi seruatoris nostri descriptionem, qui & verus homo & verus Dei filius dicitur. Iam narrā quæso, quis te ad hoc Euangelij promulgandi munus asseruit?
5. P. Is ipse Christus, seruator noster, cuius beneficentiâ hanc Apostolicam functionem adeptus fui.
- R. Quis, quæso, est huius functionis scopus?
6. P. Ut omnes omnium terrarum nationes sese summittant ac morem gerant fidei; quam in eiusdem Domini nostri nomine passim prædicamus. In quem etiam numerum ac cœtum vos quoq; Romani cooptati estis, & à Iesu Christo conuocati. Itaque vobis omnibus, qui Romę degitis, quique & Deo charissimi estis, & ad pietatem ianitatemque colendam delecti, pacem atque felicitatē perpetuam exopto; ac precor ab ipso Deo Patre nostro cœlesti, & à Domino Iesu Christo eius vnigenito filio.

Ex or-

Caput I.

5

EXORDIVM EPISTOLÆ.

Hactenus explicasti Epistole tuae inscriptionem, in
qua nobis ostendisti, quis sis, quibus scribas, quid deni-
que velis docere; nempe Euangelium de filio Dei. Re-
stat ut ad Epistolæ corpus veniamus, & ante omnia, si
libet, vniuersæ Epistolæ statum, ac methodum paucis
propone, vt tanto facilius rem omnem animo, ac me-
moria complecti possim.

Summatim vt dicam, totius Epistolæ hic
scopus est, vt omnibus mortalibus promi-
scue ostendam duo Religionis Christianæ
principia capita: fidei nempe doctrinam,
ac bonorum operum ex ipsa fide proce-
dentium necessitatem; quoniam ad hæc
duo facile referri possunt, quæcunque sa-
cris literis prodita sunt. Et quidem non
inscribere mihi videtur edoctus, qui veram
rationē didicerit tum bene credendi, tum
bene agendi.

Quām ordine isthæ tractas?

Priore loco quid credendum sit, doceo:
Posteriore, quibus actionibus demonstran-
da sit atque exercenda pietas. Opera enim
quæ bona dicuntur, veræ fidei expertia si-
lent; quamuis in specie quidem vulgo pre-
clara & laudabilia videantur; nil tamen ni-
fucum & euaniudum splendorem præ se
ferunt. Deus autem intimorum sensuum
scrutator ea pro ridiculo habet, atque fa-

cilē fastidit; utpote ex fide minime prodeuntia. Atque hæc sunt totius doctrinæ Christianæ, veræque Theologiæ præcipua ac summaria capita: Lex videlicet & Euangelium.

R. *Quam fidei explicanda methodum prosequeris?*
 P. Hanc ipsam dichotomiam; ut duobus quasi locis eam distinguam. Horum alter viam indicat, qua homines sibi malè conscient & Deo infesti possint tamen eius gratiam ac benevolētiā, quasi postliminio recuperare ac resarcire. Quem locum, si placet, de lūstificatione appellemus. Deinde doceo, omne genus hominum, hoc ipsis reconciliationis ac Diuinæ gratiæ beneficio, sine discrimine, posse perfici ipsius fidei vi, quam ipse Dominus per Spīritum suum & prædicationem Euangelij gratis impertitur mortalibus, siue iij Gentiles, siue Iudæi sint. Quem de diuina Elec̄tione, seu gentium vocatione tractatum vocemus.

R. *Non mediocriter mihi arridet ista docendi ratio. Itaque exceptandum esset, ut omnes vera Religionis professores, reieclis tot tantisque curiosarum questionum inuolucris & ambagibus, ac potissimum tot hominum figuris, inuentusq; omne suum studium ad has res tam necessarias conferrent. Sed iam ad ordinum primi trattatus accedamus.*

P. Ia

Caput I.

7

R. In hoc initio gratias ago Deo meo per 8.
Iesum Christum pro vobis omnibus, quo-
rum fides per vniuersum orbem rata cum
laude celebratur. Deus enim ipse, cui to- 9.
to pectore seruio, Euangeliu sui filij pro-
mulgādo, testis mihi est, me sine intermis-
sione mentionem vestri facere, sempér- 10.
que in votis habuisse, ut aliquando mihi
ad vos iter prosperum, fauente Deo, con-
tingerer.

R. Plerique hanc urbem inuisere solent, velut eius
amplitudinem, splendoremq; edificiorum spectat, vel
vraquistum faciant. Te verò alia quadam honestara-
tione adductum spero.

P. Ita est profecto. Studium ènìm meum 11.
hoc fuit visendi vos causâ duntaxat, ut ali-
quot vobis spiritualia dona impertirer,
confirmaudi vestri gratiâ.

R. Quasi nescias, Paule, hic non paucos esse diuino præ-
ditos spiritu; qui, vel te absente, possint fidei nostræ
fundamenta, non solum iacere suis exhortationibus,
sed etiam augere, atque ad fastigium docendo per-
ducere.

P. Satis id exploratum habeo. Itaque non 12.
magis confirmandi vestri voluntas erat,
quam communicandæ inter nos consola-
tionis; per mutuam fidem, vestram simul
atque meam.
Atqui necessitate vinculum istorum potius coa-

*Etus nobis videris aduenisse, quām tua ipsius sponte
præsertim cū tam diu malueris alibi peregrinari.*

13. P. *Imò verò, frater, ita statuas velim, me sc̄
pissimè hoc ad vos iter instituisse; vt, in-
quam, fructum aliquem inter vos cape-
rem, haud secus ac inter reliquas gentes;
sed distentum ac præpeditum ad hunc vñ-
que diem substitisse.*

R. *Sed vnde tantus tibi extitit vulgandi Euangeliū ar-
dor ac studium?*

14. P. *Ex ipso meo officio. Quum enim Apo-
stolus sim designatus; officij mei est, tum
Græcis, tum Barbaris, sapientibus iuxta ac
imperitis debere me omnia existimare.
Gal. 1.13. Eam ob rem prompto atque alacri animo
vobis quoq; Romam inhabitantibus Eu-
angelium exponere cupiebam; atq; nunc
etiam ex animo cupio.*

R. *Mirari tamen soleo, te in his vinculis & carceris
squalore Euangeliū docere velle, cui potentissimus
quisque, ac sapientissimus tam pertinaciter refraga-
tur, ac potissimum in hac vrbe celeberrima: Perpau-
cos enim hic inuenias huius discipline studiosos.*

16. P. *Aliis per me liceat propter imperitiam
atq; ignorationem, minoris Euangeliū,
quām deceat, facere. Ego verò, cui pul-
chrè nota est tantæ rei præstantia, nullo e-
ius pudore suffundor. Euangeliū enim
proculdubio virtus diuina est omnibus fi-
denti-*

dentibus salutaris; primùm Iudeis, deinde
Græcis.

R. Si res ita se habeat, quid Euangelio dignius excel-
lentiusq; dici potest? Siquidem eo ipso humanum ge-
nus cum Deo redit in gratiam; & apud eius tribunal
absoluitur seu iustificatur: ac porrò salutem, ut ait,
adipiscitur eternam. Sed quibus rebus ea vis Euangeli
gely cernitur?

P. Maximè duabus, effectis nempe & con- 17.
trariis. Primum enim, Euangelio non mo-
dò indicatur, quam ab hominibus Deus
exposcat vitæ innocentiam, iustitiam, ac
sanctitatē, quod propriè ad legem potius
pertinet: sed etiam eo ipso tanquam fo-
mitate quodam, Deus utitur; unde per spiri-
tum suum in mentibus hominum ignem
lucemq; fidei accendit, ut ita demum iu-
stificantur, regenerentur, ac seruentur,
quod proprium Euangeli est munus. Ea
vero fides paulatim, ac quasi per quosdam
gradus accrescit, & ipsa indies paulò ma-
ior semetipsa euadit; atque etiam illam iu-
stitiam Euangelio demonstrat, nimisrum
quæ vera pœnitentia & fide in Christum
constat, amplectitur; sibiique accommo-
dat. Quæ ipsa est fidentium spiritualis vi-
ta, sicut diuinus ille Vates dicit: Iustus fide Abac. 2. 4.
vivit, viget, seruatur. Contra vero, ubi hoc Galat. 3. 11.
Dei Euangeliū non est; illius summi actus tre- Hebr. 10. 36.

18. mendi numinis vltio, iraque cœlitus aper-
tè exeritur, ac denunciatur aduersus o-
mnem omnium hominum impietatem,
iniustitiamque: vt pote qui veritatem na-
turalis lucis atque legis, suis vitiis, iniqui-
tibus, sceleribusq; sepultam detineant;
tantum abest, vt legum diuinorum execu-
tores sint.

R. Reclè tu quidem; sed istam veritatem nemo satis
intueri potest, propter imperitiam atque ignoran-
tiam.

19. P. Quomodo excusare ignorantia possunt,
quum Deus illis patet fecerit quicquid hu-
mana imbecillitas de ipso cognoscere po-
test? Legem enim naturalem illorum ani-
mis, occulta quadam vi indidit atque in-
sculpit; qua voluntatis suæ vestigia im-
pressit.

R. An hac solaratione ac via Deus ipse humanogenes
innovuit.

P. Imò vero aliâ, non minus manifestâ.

R. Qua?

20. P. Ipsa rerum omnium creatione atque
gubernatione. Inaspectabilis siquidem
cuius potentia æternaque diuinitas, ex re-
bus conditis effulget; ita ut nemo homi-
num excusatione dignus videatur; sed po-
tius diuino iudicio obnoxij reddantur,
quotquot Dei ignorantem prætexunt.
R. Nul-

Caput I.

"

R. Nullum igitur superest Gentibus exterioris igno-
rantiæ perfugium; nullæ latebra?

P. Quin potius tantò grauiore pœna digni
sunt; quod cum Deum satis, ut diximus, è
luce interna, atque è rebus conditis agno-
vissent; honorem Deo debitum non im-
pertiuerunt; nec tantorum beneficiorum
gratiā habuerunt: sed vanis (in peccati pœ-
nam) friuolisq; cogitationibus seu com-
mentationibus omnem ingenij aciem in-
tenderunt; ipsorumq; cor insipientia atq;
caligine oblitum est.

R. Stud fortasse in vniuersum verissimile videatur;
particularim tamen magis ad imperitam rudemq;
vulgum multitudinem pertinet; quæ propter inscitiam
in omnem libidinem cursu concitato ferri solet. Cœ-
terum certum est, in amplissimis atque clarissimis
orbis Academiis magnum esse doctissimorum homi-
num prouertum atq; copiam: in ipsaq; etiam plebe
inuenies homines non omniō à disciplinis alienos;

P. bonis etiam rebus deditos.
Tantò igitur eorū conditio est deterior, 22.
quum sapientissimi quiq; eorum in extre-
mam dementiam lese præcipitarint; facti-
que sint insipientissimi: atq; cum in mo-
dum, ut ubi sapientiam iactarunt, ibi vel
maxime stulti facti fuerint. Quod ex eo fa- 23.
cile apparet, ut pote qui gloriā Dei incor-
ruptibilis atque immortalis commutarint
in spe-

Ephe. 4.17.

in specie atq; similitudinē effictā mortalis hominis; adde etiā voluctiū, ferarū, animallium, quadrupedum ac terre irrepentium.

R. Quod ad cultum diuini numinis pertinet, eos graviter errasse non possum inficiari, propter manifestas idololatrias superstitionesq;. Quod autem spectat ad secundæ tabulæ precepta vitâ traducunt ex illis multi, meo iudicio satis laudabilem.

24. P. Imò contra. Nam quum scelerasceleribus sàpe puniantur ab ipso Deo; horrendas Diuinæ Maiestatis violatæ pœnas derunt. Deus enim illos per omnia vitiorum volutabra raptari, in peccati pœnam permisit; eo vsque, vt sua ipsorum corpora omni fœditate conspurcarent. Ob id, inquam, quia Diuinam Veritatem naturalis atq; internæ lucis, in mendacia ac somuia conuerterant, cultumque rerum creatarum ipsi creatori anteposuerant. Qui in perpetuum est collaudandus.

R. O rem incredibilem! Siccine Deus idololatriam tam horrendis vitiis vindicat?

26. P. Ea certè causa est, cur illos Deus in turpissimas ac fœdissimas cupiditates tradiderit, proieceritq; : adeò vt eorum fœminæ, naturali vsu spredo, vsum ab ipsa natura abhorrentem consequatæ fuerint. Contrà etiam mares ipsi, fœminarum vsu contempto, nefandis libidinibus ipsi inter se exar-

se exarserunt; omni^{que} se turpitudine in-
quinarunt. Quæ aliqua est sui erroris cul-
pæque merces.

R. Ad tot tamque tremenda supremi Dei iudicato-
ris mihi animus corpusq^z, exhorrescit; dum Diuinae
Majestatis contemptores tam mirabiliter è paruis
vitiis semper in graniora prolabi audio, tandemq^z, in
eternum interitum ruere.

P. Omnid^o. Postquam enim Dei notitiam 28.
aspernati sunt, Deus illos in mentem re-
probam detrusit, ut res indignas in se ad-
mitteret; omni^{que} iniustitia completi es- 29.
sent; tum etiam scortatione, peruersita-
te, auaritia, nequitia, inuidia, cæde, con- 30.
tentione, dolo, malignitate, susurris, ob-
trectatione, Dei odio, iniuria, superbia, o-
fentatione, rerum pessimatum studio, pa-
rentum contempzione & inobedientia, 31.
insipietia, perfidia, inhumanitate, impla-
cibilitate, crudelitate denique; quæ nullo
commiserationis affectu tangitur.

R. Infcias ire non possum, Græcorum seu Gentium
maximam partem illis omnibus vitiis laborare, idq^z,
ob Diuinae Majestatis contempzionem. Sed affirma-
re etiam ausim, non deesse qui suæ Philosophie placi-
tis adducti, vitam rectè & honestè traducant; tan-
cum abest, ut huiuscmodi vitiis se conspurcent. Quis
enim nescit Solonem, Socratem, Pythagoram, Ari-
stidem, aliosq^z quamplurimos, non Græcos solum; sed
etiam

Ad Romanos

44.

etiam nostros homines, ut Catones, Scipiones, aliosq;
nostra reipub. grauiissimos vires, ab omni turpitudine
ac scelere semper abhoruisse? imò leges sanxisse, ac
iudicia contra sonentes descripsisse, atq; instituisse? Re-
tioni igitur consentaneū minimè videtur, tales tan-
tosq; viros criminari & accusare; ne dicā condemnā-
re. Itaq; singamus nos ex istis aliquē audire his verbis
loquentē: Ego Gentiliū vnuſ, legis vi à natura nostris
inſitae animis, doctrinā de Deo summisē colendo hau-
ſi, & arripui, ad eumq; cultum recte ac ordine inſi-
tuendum leges descripsi; multā pœnāq; irrogavi.
Nōnne laude digna videtur hæc oratio?

P. Fuerunt, fateor, multi, atque nunc sunt,
qui vulgaribus vitiis nequam se con-
taminarunt: sed quales fuerint eorum ani-
mi, quamq; remoti ab illa puritate, quam
Deus vel ex ipſa naturæ lege exigit; ne l-
ipsos quidem sapientes latuit; & nobis et-
iam probè notum est. Nam iſti, cùm in
Dei internæ lucis adminiculo, rerumque
creatarum contemplatione agnouissent;
nempe quod qui talia scelera admittunt,
digni esſent morte; non solū ipsi ea la-
pius patrarunt: verū etiam facientibus
ea & fauere & patrocinari suo prauo ex-
emplo, (ne dicam iniquis legibus) viſi-
ſunt. Ob idque huic sapienti obſtrepen-
tiego ad hunc modum ſubiicerem: Tu ve-
rò, o homo, qualis cunque tandem es, qui
alios

32.

Cap. 2. 1.

alios per tuas leges iudicas, tanquam Diuinæ legis disciplina imbutus, hīc quoque inexcusabilis es.

R. P. Quid ita respondebit Philosophus.

Quoniam tu ipse, alioquin iudex censorque aliorum, sententiam contrate dicis, quum eadem omnino admittas. Quod si tantæ sunt animorum latebræ, ut facile ceteros tua lateant vitia; ipsa conscientia Matt. 7. 1. tuam prodit turpitudinem. Neque enim legi diuinæ satis factum est, si dederimus operam, ut boni viri videamur, habeamurque, sed ut simus. Illa enim non tam virtutis specie requirit vulgo plausibile, quam veram animi virtutem Deo gratissimam.

R. At respondeat fortassis ille Philosophus. Quis autem potest ad calculum vocare tacitas arcanaq; humanae mentis cogitationes ac studia?

R. Non hīc homines sistimus ad mortaliū 2. tribunalia; sed ad Dei ipsius iudiciū seuenit & incorruptum; qui nō solū exter nas actiones, sed etiā internas cogitationes expedit & dijudicat. Ceterū in re tamomēti, quantū habet nostra salus, non tam est spectādus falsus & elaboratus probitatis ementitæ fucus; quam firma atque solida virtus, quæ profundissimas in animis nostris radices egerit.

Quale vero mibi narras diuinū, inquiet, iudicium?

Nulla

Nulla certè hactenus illius in animum incidit nete,
nuisima quidem cogitatio.

3. P. O hominū cœcitatē! Quamuis enim
diuina lento gradu procedat ira , qui ta-
men sperare potes , tibi eadem peccanti
(quæ in cæteris damnas) impunè futurum
esse ? Nescis vltionis Diuinæ traditatem
grauitate pensari? Ant tu tua sanctitate &
innocentia te tibi Deum putas clemen-
tiorem facilioremque posse reddere? An
4. non potius immensas Diuinæ indulgen-
tiæ ac beneficentiæ duitias contemnis?
Nónne te tanta illius lenitas benignitasq;
ac patientia inuitare potius debet ad pœ-
nitentiam atque resipiscientiam?

R. Nec tibi quidem hoc in loco manus dabit Philoso-
phus ille , aut tibi cedet , vt à suscepta inueterataq;
religione vel latum discedat vnguem , aut Philoso-
phiae nuntium remittat. Nam virtutis speciem ad-
miratur , de animi puritate omnino securus. Fortas-
sis etiam esse in hominum potestate , animum insi-
tis vitiis repurgare credit ; aut Deum ipsum non ma-
gnoperè illus , vt pote humanis erroribus animorum ,
offendi arbitrabitur ; & præterea illo satis propitio
atque beneuolo vti humanum genus censem ; neque
tam diris , atque horrendis suppliciis hominum deli-
cta vindicaturum : se saltē eorum immunem esse ,
nec adhuc ad se peruenisse confidet.

5. P. Errat profectō graviſſimē , qui sic in 2.
nimū

nimum induxit suum: aduersusq; eum hac
oratione vti non dubitabo: Quicunque es *Iacob. 5.3.*
in hac sententia, & te & Deum ignoras. Et
ob istam animi tui peruicaciā omnis pœ-
nitentiæ vacuam, iram tibi ac perniciem
accersis, & accumulas, exaggerasque in il-
lud tempus, quum Deus vindicem scele-
rum iram suam, suumque iudicium iustis-
simum denunciabit.

R. Omiserum hominum genus! Sed explica mihi il-
lus iudicij rationem ac descriptionem, seu formam
quæsa.

P. Tum Deus ille omniscius & omnipo- 6.
tēs in lucem proferet tacitas cordium hu-
manorū occultasque cogitationes & con-
silia, ex quæ iis ipsis sententiam in vitramq; *Psal. 62.3.*
partem pronunciabit: & tunc poteò appa- *Matth. 16.*
rebit, quām frigida sit rerum externarum 27.
& actionum præstantia, etiam in iis, qui sa-
pienissimi habentur, nisi pura & integra
sit eorum conscientia.

R. Totus animo iuxta & corpore perhorresco ad tam
tremendi iudicij commemorationem. Nam si summo
iure Deus cum hominibus agere velit, quæ potest un-
quæ esse spes euadendi? Imò quis erit fructus tum vita
honestæ, tum fidei promissis diuinis adhibitæ, si homi-
num delicta per infirmitatem ac impotentiam animorū
admissa, tam seuerè discutientur, atque punientur?

P. Nequaquam à nobis siccirco proposi-

7. tum est hoc Dei iudicium, ut animos p̄ij
despondeant; sed potius ut attollant, con-
firmentq; pr̄eclarā quadam spe. Quemad-
modum enim Deus profligatē improbi-
tatis homines seueris p̄œnis malē mulctā-
bit: Sic etiam reuerētes ac colentes se sin-
gulari clementia beneficentiaq; profe-
quetur; vitamq; perpetuam iis conferet,
qui bonarū actionum perseverantia & af-
fiduitate ad gloriā, honorem atq; immor-
talitatem contendunt; quiq; pr̄e summis
illis ac æternis bonis, vana hæc & caduca
omnia contemnunt ac desplicantur.
- R. Peruicacibus autem & improbis peruersisq; homi-
nibus quid fiet?
8. P. Contentiosis certè ac veritati repug-
nibus, & iniquitati obtemperantibus cer-
ta parata est irati numinis vltio.
- R. Felices ergo Iudeos siue Israëlitas, quos Deus pro-
suis habet. Infelices contrā Gentiles, fœderis Diuinī
expertes. Illi enim Diuinam misericordiam; nos Gen-
tes acerbitudinem experiemur.
9. P. Minimè verd. Imò afflictio & angustia
desœuitura est in omnem animam homi-
nis perpetrantis malum; Iudei primū,
deinde & Gentilis. Contra autem decus
& honor, omnimodaq; felicitas omni per-
petranti bonum, Iudeo primū, deinde
& Gētili. Nullum enim Deus habet dele-
ctum

etum personarum; sed actionum ipsarum & rerum gestarum. Adeò ut, quemadmodum ordine ac dignitate Iudæi Græcos antecellunt: ita illi priores, hi verò posteriores, tū afflictionē vexationemq; pro malefactis ab ipso auferent Deo: pro benefactis autem gloriā, honorem ac prosperitatem.

R. *Hec animum meum recreat & reficit oratio, quæ summam Dei equitatem erga omnes sine ullo discrimine demonstrat. Alioqui tanta est Iudaici populi arrogancia, propter antiquam & quasi propriam erga se Dei benevolentiam, ut ea ipsa Gentes ceteras à vera religione arceat; præterquam quoddam ceteros præ se contemnunt ac fastidunt.*

P. *Et tamē illud animo tuo infixū maneat, n. nullū omnino esse apud Deū personarum respectum. Iudæus ac Gentilis, Græcus ac Deut. 10. 7. Barbarus, locuples ac pauper, eodē in lo- 2. Paral. co apud Deū habētur. Solos Deus animos 19. 7. oculis plusquam lynceis intuetur, ex qui- Iob. 37. 19. bus dicta hominum factaq; omnia estimat.*

R. *Dicinon potest quantum sibi, propter legem à Deo traditam, arrogent Iudei dignitatis & priuilegij.*

P. *Fumi quām similitima est ea ostentatio. Nā quid leges sine morib⁹ vanę proficiūt? Certum enim est illud; quotquot peccauerint, & flagitia perpetrauerint, siue legē habuerint scriptā, siue ea caruerint, æquē omnes peccatorum pœnas daturos esse.*

R. Quid? fierine potest, ut Israëlitico populo sua lex,
sua legis exercitia, studia, gymnasia nil utilitatis sint

13. allatura, nisi vita discipline respondeat?

P. Imò verissimum illud est. Neque enim

Matth. 7. aut auditores, aut enarratores legis in ipso

Jacob. 1. Dei conspectu pro iustis césentur; sed ob-

seruatores ac executores: usque adeò, ut

22. qui volet Dei benevolentiam sibi conci-

liare, diuinamque participare iustitiam,

dare operam in primis debet, ut nō solùm

ore tenus diuina circumferat fundatque

oracula, sed etiam vitam orationi conlén-

taneam traducat: diuinamq; legem factis

exprimere modis omnibus fatagat.

R. Nónne Gentiles Iudeis beatiores videri possunt,
qui cùm legem non habuerint, scelerum iudicem at-

que vindicem, leuiore quoque digni pœna censi-
queant?

P. Minimè gentium. Quamuis enim lege

scripta caruerint, naturali tamen non fue-

runt destituti; qua facienda omittenda

que per pulchrè edocti fuerunt. Et præ-

terea tametsi legem literis proditam ha-

beant nullam, ipsi tamen insita quadam

innataque ratione sibi ipsi vice legis sunt.

Hoc satis declarant ortæ ex ea naturali le-

ge actiones. Nam inde emanarūt tot tam-

que grauia Philosophorum placita, ad o-

mnem vitæ usum aptissima; quibus quidæ-

quum

quum sit, ac iniquum, & ipsi tenet, & alios edocent.

R. Isthuc tibi plane assentior, quamvis humana ratio non satis assequatur qua ratione, quibusve instrumentis illa lex mentibus hominum impressa sit.

P. Quid autem attinet illa curiosius scrutari, cum Gentes omnes luce clarius demonstrent, ipsum legis opus verè mentibus eorum esse insculptum, ipsa conscientia locupletissimum dicente in utramque partem testimonium, dum ipsæ etiam cogitationes aut accusant homines, aut excusant? Hinc satis intelligitur in omnium gentium animis inustam esse atque infixam penitus legem quandam Diuinam, unde totamque præclaræ constitutæ leges Gentium, ciuitatū, populorum profluxerunt. Ipsa etiam Religionis semina ubique locorum sparsa inde effloruerunt.

R. Magna vero admiratione dignum videtur, quod cum illi summam illam legem in pectoribus insitam circumferant, nescio tamen quo modo ad sua vitia recuiunt; sibiq[ue] ipsis ad blandiuntur; nec ullo sensu sua infirmitatis & imbecillitatis percelluntur.

P. Id quidem in specie vulgo appetit, quia alij in aliorum animos intrare non possimus. Si tamen illi verum faterivellent; in genere agnoscerent, atque confiterentur, suam ipsorum conscientiam quasi quodam

dam seuerum incorruptumque tribunal esse, ad quod citati pertractique, suorum scelerum tui peraguntur, damnanturque. In quo etiam omnia studia, consilia, acta, dilecta que humana sistuntur, ut iis omnibus diligenter accurateque consideratis, expensisque in utramque partem, vel absoluuntur, vel condemnentur.

R. Igitur si diligenter exploremus & expēdamus, quot modis animi nostri secū ipsi conflictentur agitetur, qui inter gētes in omniū rerum ignorations versantur, in severa Dei iudicia incurruunt, sed etiam quis apietie studio ceteris præstant, quamvis egregiā quādam præse ferant vitæ integritatē. Nam si eorum actiones (uti aurū in fornace solet) ad Diuina iustitia regulā examinētur, quot quæso virtus, quot spuria in nostris animis cōperientur? Sed quando veniet illa dies, quum latebras humanorum pectorū patefaciet Deus? omnesque eorū angulos excutiet? quando obductæ & vitiorum cicatrices in lucem proferentur?

16. P. Illa, inquam, die, quum Deus hominum arcana reuelabit, & quæ in intimis cordibus tanquam sepulta defossaque celabatur, omniū oculis subiiciet. Id autem Deus per filium suum Dom. nostrū Iesum Christum exequetur, ac perficiet; quemadmodū Euangelio meo declarare identidē consuevit.

R. Obnixè nobis orandus est Deus, ut se nobis tum exhibeat

beat propitium pro sua infinita clemētia; quum constet, Philosophorū omnium neminē esse tanta sapientia atq; innocentia, qui censurā Diuinā effugere possit nisi homines suis diffisi virtutibus, se totos Dei benignitati ac misericordiae permittant. Sed hanc de Gentibus orationē hic intermittamus: quæ non solum Deastris ac Idolis seruire potius, quam Deo vero voluerunt, sed etiam infinitas, easq; omnino ridiculas superstitiones excogitarunt. Et porrò de Diuino populo, id est, Israëlitico sermonem repetamus. Fingamus igitur non iam vnum aliquem è Gentilium numero imperitū, sed ex populo Dei electo multiscium; magnum quempiam put a Gamaliel, aut quemuis alium eius similem, adhunc modum loquentem. Ego Iudæus sum (inquiet) & Diuinae legis particeps; cuius observatione confido, circa Euangelium tuum aut aliam disciplinam, me salutem adipisci posse perpetuam. Quid tu illis respondeas?

P. Ego verò hisce verbis illum alloquerer: 17.

Tu quidē Iudæus appellaris, nomine certè magnifico & excellenti: sed quorsum isthuc, nisi præclaram appellationem præclara comitentur facta?

R. Quid? inquiet, parvipendis ne tu legem huic populo à Deo quasi prærogatiuam, tributam esse?

P. Imò (inquam) maximi duco; & hoc ipso vos esse præstantiores ceteris censeo. Sed quis legis vsus est, nisi eam & serio animo & egregiis actionibus obserues?

R. At qui plurimis aliis rebus spes ac salus nititur Iudeorum.

P. Quis nescit Iudeos ex Deo quasi proprio ac peculiari gloriam aucupari solitos? Sed ea prorsus vana est, nisi Deum illum toto animo ac pectore, viuaque fide complectaris. Deinde non ignoror, illos miram quādam Diuinæ voluntatis cognitionem profiteri, & ostētare: Sed ea cognitio sum demum salutaris est, si ad Diuinam voluntatem omnes suas rationes componant.

R. At magna vis est diuina legis ad delectum faciendum rerum bonarum & malarum.

P. Certum quidem est, illa lege rerum discriben quād optimè ponī ac dignosci: Sed non id tantū diuina oracula expectunt, nisi etiam verum numinis cultum ex illis addiscas. Itaque concedamus Iudeos res bonas à malis, adminiculo legis, posse discernere: non per omnia diuina præscripta obseruant tamen.

R. Patere Paule, obsecro, me personam Iudeorum agere, ac eorum causam tueri. Sic ego tecum strenuam certè nauo operam in diuinis legibus explicandis, ac docendis, persuadendisq; hominibus, ut ad prescriptum Diuine legis mores vitamq; instituat. Censor tetricum me adhibeo corrigendis aliorum vi- tis; nullam deniq; officij partem pretermitto. Quid desideras amplius?

P. Nunc

R. Nunc videor mihi audire aliquem de
grege illo Rabinorum , à quibus Mosai-
cam adolescens disciplinam didici. Cui
his verbis respondere lubet. Tu Doctor
legis præstantissime, spem in eo tuam col-
locas, quod cæcis dux viæ esse possit quod 19.
luce tua aliorum tenebras discutias; quod
imperitos eridas, ac denique quod omni- 20.
bus sapientiæ numeris absolutus sis. Qui
fitigitur, vt alios doceas, & te ipsum non 21.
doceas? Aliis non esse furandum persuade-
as, cum tamē ipse te furto obstringas? De-
inde non esse adulterandū inculces, tu ve-
rò nō modò promiscuas vagasq; sequare 22.
libidines, verū etiā adulteriū, si non cor-
pore, at certè animo committas? Actan-
quam leue sit in proximum delinquere,
Deum quoq; tuoscelere prouoces? Nam
tu quidem idolorum cultum detestaris,
sed interim turpissimo te sacrilegio con-
taminas. Quid isthuc est impudentiæ, vel 23.
atrogantiæ, vt vos immenso Diuinæ legis
studio totos ardere profiteamini , quum
tamen tam turpiter ac impudenter legem
violetis?

R. Si hac eorum quissiam audiret, hanc dubiè me-
dius creparet ac rumperetur; quamuis tanta fortas-
sis in illis Doctoribus ac Pharisæis nequitia ac turpi-
tudo reperiiri vix posset. Nam si minus castè viuunt

quām decet, certè magis autē peccant quām putent
tantaq; inest simulatio, vt eorum, si quas sunt, scelerat
deprehendine queant.

R. P. Verum enim uero Diuinæ mentis oculi
plusquam lyncei sunt, neq; quicquam est
tam abditū aut occultū, quod illi apertum
rerectumq; non sit. Quantā volēt illi, præ
se ferat pietatis ac probitatis speciem, Deus
tamē si quid est impuri introspicit; quāuis
eorū etiā actiones, si proprius intendas o-
culos, fœdissimis vitiis inquinatae conspi-
ciantur. Inde illæ Prophetarū querelæ &
accusationes, quum vociferantur, ludæo-
rum sceleribus sanctissimum Dei nomen
apud exteras Gentes traduci ac infamari;
vt testantur vates ferè omnes, præsertim
verò Ezechiel, ac Iesaias.

R. Veris vincor, fateorq; omne genus hominū esse gra-
uiissimis erroribus obnoxiiū, neq; ipsos Iudeos hoc esse
numero eximendos; imò verò accusandos esse grauius,
hoc ipso, quod titulotenus boni ac sancti haberivelunt;
esse tamen nolint. Sed quid de circūcisione censes? An
dubitatis tantum valere, vt omnes scelerū maculas de-
lere possit, vt asserunt Iudei? quippe qua & ab ipso
Deo instituta sit, quasi quedam eximia populi Diuini
tessera, & etiā grauiissimo effusi sanguinis dolore non
careat, ac deniq; expressum sit sigillū, quo appareat
vniuersi orbis conditorē Iudeorum esse patrem, ac ri-
cissim Iudeos illius filios. Alioquin enim quis esset cir-
cumcisio-

cumcisionis usus; nisi ceteris gentibus illa prerogativa
praefararet; & illud certissimum haberet salutis pignus?
P. Gaudemus nos sensim, & quasi gradibus qui-
busdā huc deuenisse, ut ostēdamus Iudeos
plurimū à verò circumcisio scopo aberra-
re; de qualius atq; copiosius postea dice-
tur, quū de Abrahami iustificatione verba
faciemus. Sed si ita est, ut circumcisio pactū
sit illud, quo Deus se Iudeis Deū perpetuō
futurū recipit, stipulatus verbis dignā à fi-
liis obseruantia: Consentaneū est ac cōse-
quens, ut in lege Mosaica circumcisio ca-
tenus magna fuerit utilitas, quatenus legi
ac prescripto Diuino obtēperabatur; præ-
sertim cùm illa carūculæ seu præputij am-
putatio signum esset illius Diuini fœderis.
Contra etiam illud efficitur, circumcisio-
nis nullam illis fuisse utilitatem, qui legis
præcepta violassent. Imò verò circumci-
sionem illis in præputiū fuisse conuersam;
id est, eodem loco atque ordine censeri
curtos carne tenus Iudeos, ac Gr̄cos, Gē-
tēsve minimè decurtatos. Neq; tamen dif-
fitemur, eos qui verum circumcisioνis u-
sum retinuissent, eiusdem quoq; fructum
ampliss. percepisse; utpote qui & legē ob-
seruassent, & fiduciā animo firmā cōcepis-
sent de Diuina misericordia, propter quā
solā sibi sua peccata cōdonari cōsiderent,
adhibi.

adhibito circūcisionis sigillo ac testimo-
nio; quo remissio peccatorū ob-signaba-
tur. Hæc autē eō dicta sint, non tam ad ele-
uandam circumcisio[n]is à Deo institutę
dignitatem, quām ad retundendam Iudæ-
orum arrogantiam; qui propter nudam
carnis circumcisio[n]em, arbitrantur se di-
gnos esse, qui inter filios Dei censemantur.

R. Idem prope in modum error Christianum populū vi-
detur inuasisse; in quo plurimos iam reperias, qui non
minus ex terreno aquæ elementari Baptismo fidant ci-
traveram fidem, citraq[ue] vllam diuinæ legis obserua-
tione, quām Israëlitæ circumcisio[n]i. Sed de hoc aliis;
nunc absolue & declara, an tu nullam esse existimes
circumcisio[n]is utilitatem.

26. P. Exiguam sanè, aut potius nullam, nisi ei
obligationi satisfiat, cuius circumcisio si-
gillum est. Nam quis non videt, si Gentilium aliquis Diuinā legem obseruet. Deo-
que toto pectore confidat, ita ut etiam sa-
lutem ab eo solo expectet, quamvis præ-
putiatus adhuc ipse sit, minimeq[ue]; verpus,
decurtati tamen Iudei loco futurum? Ne-
que id solum, sed etiam iudicio vero atque
irrefragabili ipsos Iudæos circūcisos con-
demnaturū? quum hi quidē circumcisio-
nis signaculo freti, legis obseruationem
(in qua vis sita est fœderis atque circum-
cisio[n]is) contemnant; Ille verò signi ex-
pers;

pers, rem significatam actionibus impletat
ac declarat.

R. Explicatur queso, in qua re versetur tu nomine
Israëlitici, tum circumcisionis versus versus fructusque.

P. Non est, non est profecto, mihi crede, 28.
Iudæus ille, qui vulgo Iudæus habetur, ac
dixi in manifesto monstratur: nec illave-
ta est circumcision, quæ corporis particu-
lam visibilem detrahit: Sed ille inquam,
verus est Iudæus, qui animum gerit revera
Judaicum; id est, Dei reverentem, ac diui-
næ legis obseruantem. Quin etiam illa est
præclara circumcision, quæ non caro per le-
galem ceremoniam, sed humani cordis vi-
tiositas per spiritum præscinditur. Eius au-
tem intimæ circumcisionis laus, non ab
hominibus, id est, corruptissimis iudici-
bus expectanda est, sed ab ipso Deo huma-
ni cordis scrutatore.

R. Ut assentiar his quæ dicis, Paule, non tamen imme- Cap. 3. 4.
ritò Israëlitæ mihi videntur de tot diuinis priuilegiis
glorianti. Itaque opera precium feceris, si & illam
prærogatiuam ostenderis, quæ cæteros antecellunt; &
ipsius denique circumcisionis dignitatem ac utilita-
tem commemoraueris.

P. Faciam libenter, si priùs abs te stipulatus
fuerit, ne priùs de re tota iudices, quām
eam diligenter expenderis. Agnosco qui- 2.
dem, atq; adēd afferro, insignia esse populi
Israë-

Iſraēlitici priuilegia: sed ita, ne superbiēdi
ansam hinc arripiāt. Nō enim si ppter ista,
ceteris preſtantiores videātur, idcirco exi-
ſtimare debent, suis ſe meritis, actionibus,
ceremoniis, ſacrificiis, Diuinā gratiā, ele-
ctionē ac beneuolentiā ſibi cōciliaſſe. Imo
verò hac in parte illi ipſi cum Gētibus co-
quādi ſunt, nēpe quod pertinet ad Iuſtificati-
onē, ſalutēq; eternā; quū utriq; peccatorū
ſibi male ſint cōſciij. Et tamen, vt ante dixi,
pulcherrima ſunt huius populi præ ceteris
priuilegia; in quibus illud facile primas te-
net, q; Deus opt. max, illis ſua eloquia cō-
mittere dignat⁹ eſt; & ampliſſimas pmiſſi-
ones pponere, quib⁹ freti, de singulari nu-
minis erga ſe beneuolētia nunq; dubitatēt.

3. R. *Recte. Sed vereor tamen ne, quem admodū in pactis
conuentisq; humanis fieri ſolet, vt aqua parq; ſit con-
trahentiū cōditio, vt q; vel ambo pacta ſlent, vel alter,
altero pacta violante, lege ſoluatur: Ita etiā propter
quorundā Iſraēlitarū diſſidentiā atq; inobedientiā,
Deus ipſe ſuo iure nec pacta illis ſeruare, nec promiſſa
preſtare velit. Quod ſi accidit, quorū ſum euatura ſint
magnifica illa ſödera promiſſaq;, augurari nolle.*

4. P. *Atqui indignū eſt cogitare, aut mente
ſententiāq; mutare Deū vllomodo poſſe;
aut eius constantiā hominū ingratitudine
fleſti & cogi poſſe; vt ſuis promiſſis ſtare
nolit. Ita enim habēdum eſt, Deum ipſum
piis*

piis & bonis nunquā esse defuturū; quamvis paucissimi esse videantur, ob iceletatam incredulorum multitudinem.

R. Enimvero consentaneum est, ad hunc modum de Diuino numine existimare; utpote quod tātum absit abhorreat ab hominum leuitate ac inconstantia, propter quam sapissimē fidem datam fallunt.

P. Prorsus ita res habet, quemadmodū va-
tes ille regius ait: Omnis quidē homo mē- Ps. 15. 3.
dax vanusq; est, at Deus ipse verax; imò et Ps. 51. 3.
iam ipsissima veritas. Quasi dicat: Quam-
uis per me meumq; scelus non stetit, quo
minus indignū me suis promissis frustra-
ret Deus; tanta tamen tamq; firma, solida-
que est eius fides, iustitia, æquitas, veritas;
vt ne transuersum quidem vnguem à ver-
bis ac decretis possit, aut velit discedere.
Vsq; adeò, vt nec extrema quidem homi-
nū nequitia & malignitas, quæ de ipso si-
nistre suspicatur, inconstantiae aut leuita-
tis Deum constantissimum possit arguere.

R. Ex hactua respōsione alia oritur questio, Paule ob- 5.
seruande; ni ego prorsus fallor. Annon videtur illa ra-
tione ex hominū peccatis Deus suam amplificare glo-
riam? Si quidem eius constantia redditur illustrior,
splendidiorq; quam humanam diffidentiā, ac perui-
taciā diuina superat bonitas; quæ fidē seruat etiā in-
dignis mortalibus. Quod si ita est, vereor ne consequi-
videatur, immerito plecti eos ac puniri ab ipso Deo.
quis

qui quoduis scelus perpetrarent, quem ex hoc ipso diuinia laus emanet: & porrò, improbos optimo iure Deum incusare, qui suorum scelerum dant pœnas, quibus diuinam gloriam illustrarunt.

P. Ut humano more loquamur, non dubium est, homini rerum diuinarū inexperato, ac ignaro, ita posse videri. Sed tamen indigna est hæc cogitatio, quæ humanum ingenium subeat. De Diuina enim Maiestate nil nisi sanctum, purum, ac incontaminatum in mentē venire cuiquā debet; præsertim verò quum impij homines nec possint, nec velint suas libidines ad Diuinam gloriam referre; sed suā voluptatem duntaxat ac priuatam utilitatem, atq; laudem semper intueantur.

R. Nunc primum huius argumentationis vitium deprehendo. Non enim Diuina fides ac bonitas ex hominum flagitiis suam laudem comparat, sed ex eoi-pso, quod ne ob illa quidem flagitia cursum abrupit suum; quod etiam colligo ex exemplo, quo modo prebaris. Nam quod Davidi missam misericordiam Deus exhibit, id nō Davidus fit sceleres; sed tantò magis elucescit missa misericordia, quod nec tantum quidem scelus eam potuit obliterate.

Psal. 51.

6. P. Adde, quod Deus ipse omnium mortaliū Iudex idoneus minimè esse posset, si pœnas reis iniustas infligeret; quū iudicis virtus æquitate maximè contineatur.

R. Agno-

R. Agnosco iam humanum errorem; tametsi non de- 7.
futuri sint, qui suis blandientes vitiis, eorum graui-
tatem eleuare audeant, atque etiam scelus sceleri
addere: quasi verò ex illorum mendacio gloria Dei
magis ac magis eluceat. Nec cum Deo expostulare
verentur, quod eorum scelerà puniat, qua Diu-
nam gloriam potius illustrant, quam obscurant.

P. Hoc illud est, quod falsò nonnulli nobis 8.
obiciunt, mentiunturque impudenter;
nos scilicet nostra doctrina homines ad
illecebram peccandi prouocare; vt ex eo
tanto maior crescat Dei gloria; denique
perpetrāda esse mala, vt bona ex iis emer-
gant. Quos dubio procul manet digna, iu-
staque condemnatio.

R. Profecīò tu opportunè videris mihi occurrisse fal-
sis perditissimorum hominum cauillis ac criminatio-
nibus; quos tanta tenet irretitos peccandi illecebra,
vt desperatis animis nihilominus sperare audeant, si-
bi impunè ac libidinosè peccantibus Deum fore pro-
pitium. Sed isthac missa faciamus, redeamusque
vnde digressi sumus: deq; Iudaici populi prærogati-
ua differamus: qui ceteris sese longè prestantiorem
esse iactat, ut pote cui commissa sint salutis humanae
mysteria, ob idq; primas partes facile sibi vendicet
Iustificationis ac Diuinae beneficentiae.

P. Si, quæ anteà diximus, adhuc habes in 9.
memoria; firmissimis rationibus probauis-
mus, omnes omnis generis homines, Iu-

d^ros & quæ ac g^tiles, peccati seruituti el-
se mancipatos; ob eamq^{ue} causam nullis
suis meritis salutem posse adipisci; quod
principium est huius m^e Epistolæ caput,
& argumentum.

R. Isthuc tibi vix quisquam concedat, nisi diuinarum
literarum autoritate confirmetur. Deo enim, non
hominibus in tanta re fides adhibēda est. Quid enim?
Quum tantæ sint humanae mentis ingenij, vires, vt-
pote recta ratio, intelligendi facultas ac ratiocinan-
di; cum etiam libera voluntas, & studium, conatus,
scaturigine præclarissimas, ac planè heroicæ virtu-
tes profluere?

P. Annuo tibi; certeque assentior. Ita ta-
men, vt citatis sacræ scripturæ locis, tibi
probem, neminem esse tantis naturæ do-
tibus instructū, qui, nisi fidei munere do-
natus ac illustratus fuerit, culpa vacare
possit; aut per se salutem consequi. Audi
igitur Diuinam sententiam, sacris literis
proditam. Nemo (inquit) iustus repetiri-
usquam potest, ne vnuis quidem. Nemo in-
telligentia est prædictus, nemo Dei studio-
sus; omnes à recta via aberrarunt, omnes
inutiles ac improbi facti sunt; ac, vt verbo
finiam, ne vnuis quidem est, qui tantillum
boni rectique peragat.

R. Sanè hac autoritate nihil clarius, nihil firmius,

Gal. 3.2.

ii.

Psal. 13.2.

12.

Act. 25.3.

nihil denique potentius dici, aut cogitari potest, ad
propulsandam, prosternendamq; hominis arrogan-
tiam.

P. Entibi alterum quoque diuinum ac cœ-
leste pronunciatum, nihilo priore obscu-
rius. Sepulchri profundi tetricque simili-
mum est humanum guttur, inquit Regius
Vates: linguae mortalium doloso ac frau-
dulento melle conditæ sunt, labia veleno
aspidum perfusa, pertinctaque.

R. Egregia sane similitudine utitur Prophetæ. Etenim
quemadmodum sepulchra cadaverum putidissimum
ac terribilium exhalant fætorem, atque etiam viuis
corporibus pestilem. Sic etiam ex impurissimo cor-
rupti hominis pectore, nil nisi spurcum fædumq; pro-
dit. Ac prætere non peius grauiusue nocent serpentes
veneno; quam homines linguae vicio.

P. Rem tenes. Sed addit etiam Prophetæ, *Psal. 9.7.*
homines ipsos ex ore faces execratione *14.*
atque amarulentia accensas eiaculari.

R. Ita prorsus comparatum est humanum ingenium,
divina luce ac fide vacuum.

P. Neque verò silentio præterire possum *Esa. 59.7.*
illud præclarissimi Vatis in eadem senten- *15.*
tiam. Pedibus (inquit) manibusq; ad pro- *Proph. 1.16.*
fundendum humanum sanguinem con- *Psal. 13.1.*
tendunt. Tantum abest, ut pacem colere
cum hominibus velint; ut omnia studia sua
ad alios omnes perdendos, conterendos,

miserereque affligendos conferant; vi pore
qui pacis viam nequaquam nōrint.

R. Hei mihi, quot huiusmodi quamqz, deplorandis ex-
emplis hæc nostra infelicitissima tempora redundantis
bellis, homicidij, latrocinijs, omniqz, generis sceleri-
bus, religionis etiam preteritu perpetratis!

12. P. Postremò, singulis enumeratis, omnium
malorum fontem ac scaturiginē Propheta
indicat; nempe supinam quandam securi-
tatem, omni timore numinis prossus va-
cuam.

R. Miram certè, minimeqz, adumbratam, sed expres-
sam, viuamqz, hominis spiritu diuino carēti formam
ac imaginem, ob oculos mihi posuisti: Imò verò singu-
las quasque partes graphicè depinxisti. Illis enim
verbis Diuinus Spiritus hominem ipsum per se insuffia-
destitutum esse demonstrat. Deinde veram intelli-
gentiam ac cognitionem detrahit. Postremò propen-
sum, ac proclive ad omnem turpitudinem, peccandiqz,
illecebram ingenium ostendit. Hancqz, descriptionem
ad omne genus hominum pertinere docet, omni sub-
lata prærogativa. Ecquis autem non miretur, tam
vniuersis, expressisqz, ac germanis coloribus humanā pro-
geniem tam accurate depictam? Quod si prætereat de-
trahas Dei timorem ac reverentiam ex hominum
mentibus, quid, quæso, tam sanctum esse potest, quod
ipsum non sint suis vitiorum sordebus violature &
contaminature? Et tamen Iudaici populi est tanta
pertinacia & arrogantia, vt & se ab omni criminis
inmu-

immunes iacent; & verò gentes exteræ dunt axat
illis sceleribus censeant esse infames & inquinatas.

p. At qui fateantur necesse est, quod ipsi sat. 19,
tis exploratum habent; legis præcepta &
comminationes ad eos propriè pertinere,
qui iugo legis suas ceruices summiserunt.
Quod si ita est, illi certè primi omnium le-

R. ge, legisque condemnatione tenentur.
Ita videtur. Ratio enim postulat, ut quemadmo-
dum proposita sunt legem obseruantibus præmia: si
etiam pœnas commeruisse grauiſſimas censeantur, si
legem violauerint. Sed quorsum illa tam copiose à
Diuinis variis prædicta & explicata fuerunt?

p. Ut ne malfare quidem quisquam ex uni-
uerso mortalium genere præ superbia au-
deat, nedum magnificè sele ostentare: vt,
inquam, omnes, siue Gétes, siue Iudæi, os
comprimant; quin potius suam culpam,
quamque fœditatem agnoscant; atque ita
sibi male consciij tandem aliquando omnes
vbiq; Dei potentia fasces summittat, eiq;
totos se dedant.

p. Quid ita?
Quoniam nemo est omnium hominum, 20.
quamvis omnibus legis, siue naturalis, siue
scriptar, operibus instructissimus, & orna-
tissimus, qui iustitiae laudem à Diuino ju-
dicio auferre possit; ita ut iustus suapte in-
dustria censi debeat, si fide careat; que

sola numinis benevolentiam amplexatur.

R. Eò igitur omnis ista referenda est oratio; vt statuamus, nec Iudeos scripta, nec Gentes innata legi atque operibus, posse ante Diuinæ Maiestatis tribunal pro iustis & sanctis haberi. Tanta est vniuersitatem naturæ corruptio, tantaq; depravatio, nisi Spiritus cœlestis opera & beneficio restituatur. Quid enim ex immunda re potest oriri mundi? quidam perfecti ex imperfecta? Sed doce, quaso, quis iam restat legi vsus; siquidem, vt ait, ipsa minime iustitiam confert.

P. Est proculdubio & magnus & copiosus, Sed ille in primis eximius, quod lex ipsa hominibus alioqui cœcientibus, sua via ponit ob oculos; ita vt vel inuiti cogantur ea agnoscere. Est enim nobis speculū cuiusdam clarissimi instar, ad nostras maculas dispiciendas.

R. Itares habet; & hoc ipsum tum alienis, tum meo quoque exemplo didici: nisi oculos in legem ipsam intendamus, tanquam in speculum; ad sua quemq; virata talpa fore caciorem. Sed obsecro te, postquam erata peccataq; nostra legis indicio deprehenderimus; unde petenda erit remissio; aut unde accersenda nostrorum animorum morbis medicina?

21. P. Ex ipso Euangeliō, seu salutis æternæ iucundissimo nuncio; quo Deus suam erganos

ganos benevolentiam, & misericordiam exerit. Eo enim ipso citra legis adminiculum aut beneficium, suam Deus ipse iustitiam, suam, inquam, non legalem, fidei *Sup. 2. 17.*
 manu suscipiendam, amplexandamque demonstrat; illamque animis nostris sui Spiritus vi inserit, ac insculpit, vna cum toto virtutum choro; innocentia, sanctitate, mundicia, modestia, probitate, spe, charitate. Illa enim omnia ab illo, tanquam ab inexhausto fonte, in humanos animos deriuantur. Et quamuis hactenus ad legem tantummodo, Iudeorum infiditia, non quidem omnium, sed quam plurimum fuerit detorta haec, de qua loquimur, diuina iustitia: clarissimis tamen non Prophetarum modis, sed legis etiam ipsius ac Mosis testimonijs confirmata & comprobata semper fuit; tantum abest, ut haec fidei iustitia hominum ingenij fuerit excogitata.

R. Quid hac tua oratione, Paule, dici potest clarius, quidve utilius aut uberiorius? Hinc enim constat, non in legis operibus, sed in fidei iustitia fiduciam omnem salutis, tum Iudeis, tum Gentibus esse collocandam. Nam quum ea ipsa iustitia, Dei sit iustitia, quam solam Deus exigit, cuius etiam author ipse sit Deus; non est dubium, eam plurimum ac solam

apud tribunal Dei omnipotentis esse valitaram; presertim cum ab hominibus non sit effecta; sed ab ipso Deo orta, eiusque oraculis illustrata. Sed quanam est tam preciosa, tamque salutaris iustitia per fiduciam etate?

22. P. Tota eius iustitiae consequendae summa, in fide, sensu & fiducia Diuinę bonitatis, in Christo ac per Christum nobis proposita, versatur. Ea ipsa fides, cœlitus ad nos delatam per Christum, Euangelio explicatam, veram ac solidam iustitiam, sanctitatē, innocentiamque amplexatur. Atque potrō illa Euangelica Diuinaque iustitia ad omnes, (ne superbiant Iudæi, vel Gentes animum despondeant) sine ullo discrimine pertinet. Erenim omnes citra ullam exceptionem peccauerunt, ac peccati tyrannide se obnoxios reddiderunt. Ob eamque causam ope ac fauore gloriosi ac immortalis Dei maximè indigent; à cuius benevolentia ipsi per se etatum absunt, quantum terrimum hominis peccatum à splendidissima Dei gloria abhortet.

R. *Nil hac doctrina utilius, nil suauius esse, aut videri potest, animis presertim tyrannide peccati, legisque iudinibus profectam à Deo medicinam, eiusque extirrationem ac usum eius manu porrigi: que omnia fide ac certa Diuinae benevolentiae fiducia percipiuntur.* Tam

Tum etiam hoc beneficium omnium esse cōmāne potūrum, ne quis p̄aposterē sentiens de Diuina bonitate, se ipse excludat à tanti beneficiū fruītione. Verum enim uero quum Deus nos ipsa fide, veluti instrumento, iustos, sanctos, filiosq; suss efficere decreuerit, quam censes nobis compendiariam esse rationem assequendi hanc fidem? aut quibus meritis nos insinuare poterimus in Diuinam gratiam, vt ipsam deme-reamur?

p. Hac in parte melius edoctum te cupio, 24.
misfrater. Nullis enim nostris meritis (vt-pote quæ nulla sunt) Deus adduci potest, ut fidem nobis ingeneret; & sanctos iustosque efficiat, ac in filios adoptet: sed sola meraque gratia, benignitate, liberalitate, homines tanto, tamque incredibili beneficio afficit,

R. Tantò meliore animo ac spe miseros homines peccatis obnoxios esse oportet, quum suam salutem apud tam fidem, tamq; amicum creatorem ac patrem confidant esse depositam. Sed qua ntitur re hac Dei benevolentia, nostraq; fiducia?

p. Redemptionē (inquam) humani gene- 25.
ris, per Iesum Christum perfecta: vt pote quem aeternus Pater iam ante res omnes Ephes.1.4.
conditas, omnemq; temporis memoriam Gen. 3.16.
decreuerat, peccatorum omnium fore vi-
ctimam piacularē, atque expiatorem; in

eorum gratiam, qui fiduciam suam in eius sanguine haberent positam.

R. *O vocem aeternam consecrandam memoriae, ut semper erecti sint hominum animi ad gratias immortales Deo agendas; ut potest quorum causa dignatus sit clemetissimus Pater suum aeternum Sermonem carnem fieri, quo inexhausti Diuina bonitatis thesauri Adamo natus recluderentur depromerenturque! Nunc intelligo aeternum illum Sermonem carnem factum esse, nostrae redemptionis a Virgoque ipsumque nobis esse instar illius propititorum antiqui, quo arca ac lexi ipsa intra illam conclusa tegebatur: ita tamen, unde tanquam ex uberrimo promptuario, gloria diuina in populum electum diffunderetur. Sic enim aeternus ille Sermo, carne assumpta, nos non solum a legis execratione tegit, sed etiam protegit, liberatque nosque de Diuina philanthropia reddit certissimos; si modo fiduciam nostram in eius ipsius sanguine collacamus. Is enim nobis in Mosis locum & Aharonis successit summus rex, ac aeternus Pontifex. Sed unde tanta Deo erga genus humanum benevolentia extiterit, explica.*

P. *Ex eo proculdubio, quod decreuerat tandem aliquando mortalibus suam iustitiam luce ipsa reddere clariorem: Tum remittendis hominum delictis, quae ad hodiernum usque diem Deus Opt. Max. pro sua incredibili clementia, vel dissimulauit, vel tolerauit. Tum etiam peccatis eorum, qui adhuc*

18.
Iohann. I.

26.

adhuc spirant, ac in posterum aërem hunc
communem hausturi sunt, condonandis
ac delendis: ut ita palam omnibus appa-
reat, Deum esse iustum; non solùm quia
iustitia prædictus sit ipse, sed etiam quia iu-
stiam quoque suam, per lauacrum rege-
nerationis ac renouationis Spiritus, illo-
rum animis infundat; qui fidem totam in
Christo suo habent positam & colloca-
tam.

R. Sic prorsus esse confido. Itaque perpetuo tantum
beneficium in memoria habere conuenit eos, quibus
beneficentia diuina contingit frui Christo; Prophetæ,
qui ad percipiendum patris cœlestis voluntatem: Pon-
tifice, qui suo sanguine fædus à Patre nobiscum ini-
tum obsignauit: Rege potentissimo, qui animis nostris
præfit, suoq[ue] Spiritu nos gubernet.

P. Vides ergo quæ sunt humanæ salutis cau- 27.
ſæ. Nunc itaque si quis Iudæum percon-
tetur, ecquid sibi relictum putet, quo glo-
riari possit aut debeat, quid respondeat?
Imò verò tu pro illo, si placet, responde, &
quid sentias, explica.

R. Nil, ita me Deus bene amet; nil, inquam, video, cur
animo efferri, aut iactare se, suamve prærogatiuam
debeat. Exclusa est enim omnis gloriandiratio.

P. Porrò si rogem Rabinū aliquem, vtrum
habeat Iſraēlitę ab ipsa legę, bonarū actio-
num

num norma, quo se præstatæ cæteris existimare debeant: Tantamne vim habere poterunt splendidissima illorum opera, ut tantos Iudeis spiritus facere possint? Quid ille quæso?

R. Opinor magis murum quam pescem (ut dicitur) eum futurum. Quomodo enim viles hominum actiones tante apud Deum esse, aut videri possunt?

P. Consentaneum est igitur, doctrina fidei vniuersum genus hominum omni arrogatio, superbia, contumacia, & ostentatione spoliari: ac necesse omnino esse, omnem gloriam ad unum Deum esse referendam.

R. Hoc ipsum profectò mihi videtur extra omnem controuersiam positum: satque miror Iudeos huic doctrinæ refragari.

28. P. Itaque sic habendum est (quo nil dici, cogitatice potest sanctius aut verius) homines fidei justos censeri, fieri, ac in filiorum numerum à summo Patre cœlesti adoptari, absque legis operibus, meritisve, ex hominum factis promanantibus.

R. Si fide ipsa, non autem lege duce patet facta est mortalibus ad iustitiam, salutem atque vitam aeternam via: non est quod Iudei Gentibus cæteris obrecent, inuidientq;

29. P. Nihil omnino. Quis enim eorum tam stupidus, tamque ignarus est rerum diuinarum, ut in animum inducere possit, Deum Iudeo.

Iudeorum solummodo esse Deum, ac non
etiam reliquarum Gentium? Proculdubio
Deus etiam Gentium omnium atque na-
tionum Deus est; qui vult omnes saluos *1. Ti. 2. 4.*
habet, & ad sui agnitionem venite.

R. Sequitur ergo eandem esse circumcisionis ac pre-
putij rationem, quod ad salutis negotium spectat.
P. Aut eandem certe, aut parem. Propter *30.*
ea quodcum Deus unus ipse sit, omnium
que hominum communis creator, unam
etiam retinet seruandi generis humani ra-
tionem. Siquidem circumcisos ex fide ju-
stificat; praeputiatos autem per fidem pro-
iustis dicit, ac pro suis habet.

R. Atqui hic me torquet scrupulus, quod videlicet fidei
doctrina legem, ipsiusq; dignitatem prorsus conuel-
lere.

P. Minime Gentium. Tantum enim abest,
ut legem euertere fide cogitemus, ut illam
hac ipsa maximè confirmare, fulcire, ac sta-
bilire conemur. Quod suo loco à nobis
clarissime demonstrabitur. Nam quum
Christus finis legis sit, perfectio & scopus;
Lex vero quasi quedam ad Christum pa-
dagogia & institutio (utpote quæ, non ut
possimus mandata Diuina exequi, præsteret;
sed exequendi necessitatem demonstraret)
quantum, quæso, ornatus ac dignitatis ex
fide ad legem accedit, quum exequendæ
legis

legis facultatem per Spiritum Christi fidei doctrinam ostendimus?

Cap. 4. 1. R. In legem satis multa a te dicta sunt, Paule; verius (ut quidem sentio) quam plausibilius: Sed infra haec de refusis. At quanto authoritatu fuerit semper Abrahamus apud Israëlitas ob bona sua opera, nosti. Eta tamenta dignitas corruere videbitur, si suapte industria nihil est iustitiae ac innocentie asecutus: aut tu aliquem fructum assigna illorum bonorum operum, quibus egregie fuit insignitus.

2. P. Non mediocrem (fateor) bonis, pijs, studiisque factis gloriam sibi comparasset, ac iustitiae laudem, si ex suis operibus iustus euasisset Abrahamus; sed haec clavis aut in ipso resideret, aut apud homines tantum locum haberet; apud Deum vero minime omnium.

R. Quanam vero isthuc ratione factum sit, explica.

3. P. Imò sacræ literæ istud satis superque declarant. Sic enim proditum est: Deo creditit Abrahamus; eaque vera fides illi pro iustitia ducta fuit.

Gen. 15.9. R. Agnosco veteris fæderis testimonium; atque ipsum ambabus (quod aiunt) vlnis amplexor. Sed quorsum isthuc?

P. Audies: habe temporis illius rationem sive circumstantiam, quam vocant, pende. Nondum enim lex extiterat, quæ postea per Mosen lata fuit; adèd ut quicquid

quid egerit tunc temporis Abrahamus, legi scriptæ acceptum ferri minimè debeat. Non ergo poterat de legis executione, atque impletione gloriari. Ob idque Deus illo suo oraculo affirmat, Abrahamum iustificatum fide fuisse.

R. Hoccine argumento totum negotium putas esse consumatum?

P. Quin etiam totam rem melius intelliges, si mercedem cum dono confetamus. Nam ei qui opus facit, merces non beneficij, sed debiti locum habet. Et autem qui nō opus facit, sed fidem habet, ex fonte insontem facienti: fides eius firma atque constans innocentiae ducitur. Etenim si quis suo sibi labore, industria atque opera, rem aliquam promeruit & quæsiuit, non beneficium est, aut gratia, si eam adipiscitur; sed æquum & debitum. At si quis non agit ea, quibus rem illam promereatur (quod de homine vero verius est) sed Dei bonitatem & philanthropiam ita sentit, gustat, atque experitur, ut credat, se plane illius misericordia, nulla sua opera, apud ipsum insontem haberi: huic quidem non debiti, sed beneficij loco gratis datur innocentia, eiique iustitiae atque innocentiae ducitur firma in Deum iustificantem fides.

R. Pla-

R. Planè assentior huic argumento. Nam quod gratiæ alicui imputatur, non in mercedis aut meriti loco ponendum est: Sed beneficentia adscribendum Diuina. Tum etiam ea fides, propter quam iustitia nos donat Deus, ab ipso animis nostris infunditur, idq; meritis liberalitate ac benevolentia, nulla meritorum ratione habita, quæ miseri peccatores vlo modo venditare ac ostentare possint. Sed habes ne aliquid amplius de ea dicere, aliasve rationes, quibus probes, Christianam iustitiam fide accipi?

6. P. En tibi insuper Prophetæ Regij luculentam authoritatem; quæ hominis beatitudinem demonstrat, cui Deus & peccata condonauerit, & iustitiam impertierit suam. Beatis sunt (inquit ille) quibus iniquitates remissæ, & peccatorum tecta est fœditas. 7. Beatus est ille, cui Deus vitia sua non imputavit. Reliqua quæ Psalmus continet, tu etiam attentissimè expendes; atque huic negotio applicabis.

R. Quam turpiter igitur hallucinantur ij, qui tot felicitatis atque beatificationis genera comminiscuntur, tamq; varias de illa ipsa dicunt sententias? Ac, vi Philosophos omittam, quam impie pjj, ac imprudenter prudentes videri debent, qui præsumpta ne/si qua beatitate, nullum recusant laborem, vt pro suis peccatis satisfiant; cum tamen ea Diuinus ille vta-
tes remitti, condonariq; hominibus mera Dei bonita-
te profiteatur? Neque id solum, sed etiam vt magis

Psal. 32.1.

7.
8.

magisq; collapsi erigantur animi, et celari quodam modo, tegi q; ac præteriri affirmat, ne in iudicis irati oculos aliquando incurvant. Quantum autem hac ratio tegendi vitia discrepat ab illa ratione, quam Adamus inierat, ut sicut neis folijs suam nuditatem, ac turpitudinem celaret, Deumq; falleret, si fieri potuissest? Ille enim campestribus sese tegere voluit: suos Gen.3.2. autem Deus Christi iustitia, tanquam splendidissima veste, tñ ipso Christo induit. Quod si liceret per vitium reliquas partes illius Psalmi enucleare, quod, Ro.13.14. quantumque animis solatum afferret? Etenim qui in Beatorum illorum numero censendi sunt, omni dolo ac fraude vacare debent: & ad diuinam misericordiam cõfugere: per quam (deletis vitorum fordinibus, iustitiaq; fideli comparata) omnia sua studia ad pietatem, iustitiamq; cum hominibus colendam conservant. Omitto cetera, illa quidem præclara. Sed (vt ad institutum redeat oratio) etiam atque etiam illud querendum videtur; Num ante circumcisio[n]em, an 9. post circumcisio[n]em Abrahamo contigerit illa beatitas. Deinde an ista Beatificatio ad circumcisos tantum pertineat, an etiam præputiatis offerri possit; quem afferueris, fidem Abrahamo iustitiae loco duclam suisse. Dicigitur disertè: In præputio[n]e, an in circumcisione ea imputatio atque iustificatio facta fu?

P. Non sanè in circumcisione hoc ille beneficium accepit, sed quum adhuc præputiatus esset; illi suam benevolentiam, suam clemen-

Gen. 17.11.

11.

clementiam, suam gratiam opt. pater manifestauit, iustitiamq; impertiuuit. Id enim clarissimè docent sacræ literæ, quæ declarant Abrahamo circumcisionem fuisse signi cuiusdam a cœsseræ vice præscriptam, & quasi quoddam pignus iustitiæ fidei, quam prædictus erat, etiam tum, cum adhuc minimè circumcisus esset. Ut eo pacto pater omnium fidentium haberetur; & eius exemplo præputiatus quisque sibi ductam iri iustitiæ suam fidem speraret.

R. Liquet igitur quum quatuordecim antè annos iustificatus fuerit Abrahamus, quām circumcisus, non ipsam quidem circumcisionem fuisse iustificationis causam, vt pote quæ secuta sit, sed sigillum potius; ut facile intueri possint errorum suum Israëlite, qui tantum tribuant caruncula cuiusdam amputationis, quasi verò Deo ceremonia (quamvis ab ipso instituta) placeant, si vera viuaq; fide vacue sint. Quem tamen errorem imitari perperam videntur Christianorum quidam, qui nihil habent Christiani, praterquam quod aqua baptismi tinti sunt in Christi nomen. Prætereà si præputiatus adhuc Abrahamus Deo tam charus gratusq; fuit ob solam fidem; quām erexit animis, quamq; firma spe gentiles omnes præputiatus esse conuenit, si modò Deus optimus maximus dignatus illis fuerit fidei illius præstantissimū donū, pro sua immensa misericordia largiri? Imò etiam hinc appetret, minimè tolerandam esse Iudeorum arrogatiā, qui

Ezai. 1.

Psal. 50.

qui sola fredi circumcisione, miseris Gentes auer-
satur; & à salutis aeternae aditu summuere volunt.
Nam nunc luce clarus est, non minus ad gentiles quam
ad Iudeos salutem pertinere; quum Abrahamus gen-
tilis adhuc iustificatus fuerit, id est, per fidem in nu-
merum filiorum Dei cooptatus.

Sed interim meminisse opus est, patrem ¹²⁸
fidentium esse Abrahamum. Quod cum
ita sit, Israëlitarum quoque pater haben-
dus est, idque verporum etiam; sed eorum
duntaxat, qui non solum Abrahamo car-
nis propagatione prognati sunt; sed eorum
qui eius fidem vestigijs suis sequuntur; qua
ante circumcisionem Abrahamus ipse est
donatus.

R. - Ex hoc vel maxime elucescit admiranda Dei erga
uniuersum hominum genus bonitas atque philan-
thropia, Iudeos aequè ac Gentiles complexa, proposito
omnibus Abrahani exemplo quasi quodcum typus, ad
quem suos animos utrig. componant; tum eius fidem
erga Diuinas promissiones, tum singularē eius ipsius
obseruantiam ac obedientiam; nec non etiam rerum
omnium humanarum contemptionem, ceterasq. e-
gregias virtutes, circumcisionis signo expressas, imi-
tando. Sed tamen in luto mihi adhuc harere video;
qui sic animum induxerim; legem Iudeis futisse à Deo
latam, non quidem frustrā: sed potius ut esset certa
quædam ad salutem via; & quoddam iustitia com-
pendium;

P. Atqui ille ipse Abrahamus insignis Iudæorum Patriarcha, quam affectus est promissionem, orbis hereditatem possidendi, eam nec ipse, nec ipsius progenies propter ullam legem, ullamque legis opera est consecutus: sed propter eam qua iustificatus est, fidem; seu fidei iustitiam malis appellare. Sic enim habeto, Abrahamum Deo in gratiam admissum, & iustitiae laudem ornatum, non ob id ipsum, quod illam suis egregijs virtutibus permeruit; sed quod verbis Diuinis fidem adhibuisset firmissimam.

R. Ita esse credo. Sed interim doceri abs te velim, ecquid incommodi aut detrimenti fore putas, si preceptis legis Diuinae exequendis (ut pote qua sit expressa Dei voluntas) iustitiam, salutem, Diuinamq[ue] gratiam ambiamus?

P. Plurimum profecto. Nam si solis legis sectatoribus, obseruatoribusque hereditatis ius competeteret, nullus esset fideivsus; nulla utilitas. Tum etiam promissa vacua & irrita merito haberentur.

R. Optandum potius ut & sua constet promissis fides, eaq[ue] duce, ad salutem rectâ tendamus. Quid autem, si fidei legem adhibuerimus comitem; ut ex utraq[ue] constet nostra iustitia?

P. Nil posset homini contingere optabileius, si modò Diuinam legem præstare vellet, &

let, & posset nostra imbecillitas. Sed quoniam ita comparata est humana natura, ut legum vinculis adstringi nolit, adeoque semper nitatur in vetitum, ac deteriora sequatur: ad quid aliud efficax homini lex esse queat, nisi vt iram Diuinam cōtra hominem sui contemptorem contorqueat? Paratam videlicet, certamq; esse mortem, ijs denūcians, qui Diuina edicta violant; Deique voluntati morem non gesserint.

Igitur quemadmodum promissionibus Diuina certatur gratia; ita etiam Diuina vītio, lege, tanquam telo, vītur in hominum vīta. Sic enim ego ipse mihi conscius, quum in legem intueor; mihi videor miser ad Diuinum sīsti tribunal, vbi quasi in speculo, mihi meis propositis sceleribus, totus animo & corpore corborresco, ob accēsam iudicis in me iram grauiissimam ac infestissimam. Ex quo mirum in animo meo acceditur legis odium; quamuis vel inuitus agnoscam, meritas erratis meis infligi pœnas; quum Deo non obtemperauerim.

Certè tantum abest, ut lex ipsa iustitiam conciliet, vt nisi ipsa esset, vix illus esset peccati sensus. Tum enim peccatum admittitur, quum quis rectitudinis lineas, seu cancellos, transgreditur; eos autem lex ipsa præscribit. Aufer legem, legisque limites, quod transgrediare non erit. Contrā vero legem propone & promulga, cō-

tinuò ex hominum peruvicacia existit transgressio; quam lex manifestè arguit.

R. Istud sanè accurata animaduersione dignum videtur; bac enim oratione infirmitatem humani ingenij demonstras; imò verò totius hominis corruptiō nem, ne dicam depravationem; quæ tota ex diametro distat ab ea, quam Deus efflagitat, innocentia. Unde fit, ut cùm lex Diuina tantam perfectionem integratatemq; à nobis exigat, quantum nemo hominum præstare nec vult, nec potest; nos nostræ imbecillitatæ, peruerſitatisq; conscij, vix rullo modo possamus fiduciam nostram in Dei lenitate ac clementia, qui legis ipsius author est, collocare. Lex enim nullum facit vrgendi, cogendi, minandi, torquendi denique finem; quandiu renascentia spiritu caremus.

P. Itaque immortales Deo gratias agere oportet, qui omnes, qui in Abrahami semine numerantur, hereditatem æternam voluit, non lege, sed fide cernere; ut ea ipsa Diuinæ gratiæ liberalitatisq; fundamen- tis nixa, nec amoueri possit; & constans, firma ac æterna permaneat.

R. Quid tu hac semini voce intelligis?

Gen. 17. 4. P. Quotquot usquam sunt Gentium omnium atque locorum homines, quos vera fides Abrahamo, omnium credentium patri, in filios adoptauerit; nedū qui legis oracula perceperunt, Mosisq; discipuli vocitatur. Sic enim literis proditū est; Abrahānum illum

illum ab ipso Deo patre quamplurimaruGenes. 17.

nationum & populoruesse nominatum,

R. Video quorsum ista tendant. Hoc enim illud est,
quod Abramus nominatus est, qui ante a Abramus
vocabatur. Ut hac appellatione subinde repetita,
Diuinæ promissionis identidem admoneretur. Qui
mos etiam ad posteros ab illo suo parente dimanauit:
qui simul infantes & circumcidere, & nomina illis
indere consueverunt; ut auditis nominibus tunc im-
positis, fœderis quoque recordarentur. Sed, ut hoc o-
mittamus, videris mihi parum consentanea docere,
qui temporanea & mundana (ut videtur) promissa,
eag*iam* exhibita, ad res spirituales (ut pote ad eam,
qua fide est, adoptionem, aliisque huiusmodi) trans-
feras. Nam ipse sacra litera testantur, sua Deum
promissa abunde prestitisse Abraham: quem multa-
rum gentium patrem designauit. Primum quando
ex eius filio Ismaele (quem ex Agare sustulerat) duo-
decim familias potentissimas, nobilissimasq;
excita-
uit. Deinde ex Isaaci filio Iacobo totidem florentissi-
mas tribus procreauit. Postremo quanta quamq;
in-
finita progenies Idumeorum extitit? Adde etiam
quot, quamq;
multos ex Chetura posteros in luce edi-
dit? Ita sit, ut latius longiusq;
prorogare Diuinæ pro-
missionis fines nihil opus esse videatur: nisi fortè multis
occultiores quasda, subtilioresq;
allegorias attexere?

P. Minime verò. Sed attollendi sunt in cœ-
lum, imò in D E V M ipsum, mentis oculi;
neq; in has tantummodo terras defigendi.

Quum enim dico Abrahamum multarum gentium ac populorum patrem fuisse à Deo designatum: non ego quidem mundum hunc intueor; sed Deum ipsum; Deū, inquam, potentissimum; & cui fidem Abrahamus per omnia adhibuit. & qui mortuos ab inferis excitare potest, & qui ea quæ nondum extiterunt, tam certò, tamq; indubitate habet præsentia; quam ea quæ sunt oculis subiecta. Ad eò vt, sicuti nihil esse potest non ab eo profectum: ita nihil est, quod ab eo proficisci non possit.

R. Duo mihi abs te, nifallor, significari videntur. Vnum quantum intersit inter Abrahā filios, quorum alij, generis nobilitate elati, se Abrahā dātē & haberi gloriāntur; Alij verò, qui fide in filios Abrahā adoptati sunt. Ut enim illi mundo se/ven-ditant: ita hi Deo soli noti ac manifesti sunt: Illi carne pregnati, hi fide asciti sunt. Illi carne tenuis Abrahā agnoscunt patrem; hi spiritu ac fide illius si-ly censem̄tur. Alterum deinde obseruo; quam mirabiliter hic resplenduerit diuina virtus, qua nixus Abrahā res admirabiles, ac supra naturam positas, a-nimo ac fide percepit & complexus est. Quid enim est, quod non Diuina possit potentia? In ea igitur si si-dem nostram collocatam habuerimus; nunquam inclinari, nunquam moueri, nunquam labascere pote-rit. Ceterum, vt memoria quæ abs te antea dicta sunt repetam; primum ostendisti, Iudeos iuxta & Gracos (quibus

(quibus appellationibus vniuersum hominum genus continetur) ita peccato esse mancipatos, ut nullis suis actionibus aut meritis in gratiam redire queant. Itaque vnicam superesse ad salutem viam; nempe fidem ipsam, quam ex verbi Christi auditu spiritus Divinus nostris inserit inspiratq; mentibus; cuius auxilio natui vitij radices euellit; dissidentiamq; siue incredulitatem longe à cordibus nostris summouet; dubitationemq; de Diuina misericordia, ac Diuina iræ metum è pectoribus excutit; quem Sathanas falsis persuasionibus incusserat. Deinde etiam demonstratum est, tantam esse vim fidei, vt homo per se omni flagitorum genere septus, Diuina ornetur iustitia ac sanctitate qua Deo gratus acceptusq; esse possit. Verum enim uero hisce temporibus quam plurimos video in fidei negotio hallucinari. Quorum alijs fidem arbitrantur opinionem tantum, aut persuasionem esse humanam ex lectione scripturarum; aut humarum concionum auditu comparatam. Alijs prætermodum quadam fictitia & imaginaria fide superbiunt, & gloriantur; quæ cùm infrugifera sit, nullosq; fructus pietatis atque virtutis edat; meritò figuratum quoddam hominum, humanaq; imaginatio indicatur. Itaque etiam atque etiam obsecro: eam ut mihi viuis depingas coloribus, expressamq; eius imaginem quasi oculos subiectas; quæ tam altè animo insidet meo, vt nihil ficti, nihil simulati, nihil vani mihi ipsi consingam. Et ne ab instituto discedamus, illam fidelis hominis effigiem in ipso Abrahamo de-

D s monstraz

monstra: & quid ille fecerit illa cœlesti fidei luce it
lustratus, recensere ne pigeat.

18. P. Tanta fuit illius Diuini viri (Abrahamum
Gen. 15.5. intelligo) virtus fidei, ac tam penitus infixus
animo, ut oraculis ac promissionibus fre-
tus, nil omnino dubitarit. Et quamuis o-
mnia supra spem omnem esse posita vide-
rentur, ut quidem res sunt humanæ spe ta-
men ipsa omnem sperandi difficultatem
superauit; crediditque se quā plurima-
rū fore gentium patrem.

R. In hoc ipso tanquam mundissimo speculo mihi vi-
deor fidei vim proprius intueri. Non enim eam esse
historicam quandam cognitionem, aut vanam le-
uemq; opinionem ac scientiam veri cerno: sed quasi
quoddam cœlesti iubar, & flagrantissimum ignem,
quo & humana prudentia consumitur: & fidelis a-
nimus se totum credit Deo; seq; supra mundana o-
mnia in cœlum usque attollit. Adeò ut non solum in-
spectabilia, sed etiam iudicio humano repugnantia,
indubitate complectatur fide. Sed ad quem illa sco-
pum suos intendit oculos, si placet indica.

P. Æterni numinis manifestationem, co-
lestiaq; oracula fides ipsa intuetur. Abra-
hami autem fides non modò illud respi-
ciebat Iehouæ pectus; sed etiam inde pro-
fectum oraculum, quo eum ita affatus est
Deus: sic erit semen tuum, ut stellas cœli ac
maris

maris arenam esse vides; immensum vide-
licet ac propè infinitum.

R. Valeant igitur humana cogitationes iuuentionés-
que; & solis promissionibus Diuinis fides nitatur.
Cuius tunc fructum percipimus, quum Diuina Ma-
iestas sua benignitatis ac misericordiae sensum ac te-
simonium nostris inserit mentibus; vnde facile cete-
re virtutes emergunt. Sed quid habes adhuc de Abra-
hami fide dicere?

P. Profectò illud accuratè considerandum 19.
est, quod tantam, tamq; constantem Deo
fidem adhibuerit, vt de promissis Diuinis
nil omnino dubitarit; tametsi ad quamvis
fidem infirmandam (vt est præsertim infir-
mitatis humanæ ingenium) quasi inexpu-
gnabilis aries videretur: tum sui exoleti
confectique senio corporis imbecillitas
(vpote qui centenarius esset) tum etiam
efferta emortuaque Saræ vulua, Quæ e-
nim spes istuc ætatis esse poterat procre-
andorum liberorum?

R. Rem certè miram narras, ne dicam, prodigio-
sam. Hoc (vt arbitror) confectum esse cupis, a ru-
rum humanarum contemplatione in cælum oculos
esse attrahendos; nec tam hominum prudētiā, quam
Dei potentiam fide esse amplectendam. In ijs enim,
qua præter naturam fiunt, nullus est humanae pru-
dencie locus; quam si secutus fuisset magistrum,
de pro-

de promissionibus Diuinis fortasse dubitare potuisset:
ea verò spreta, præteritaq; , sui semper similis , con-

stans, inuitusq; , perseverauit.

20. P. Adde etiam, quod præstantissimus ille
Patriarcha nec ad ambigendum , nec ad
disputandum, curiosiusque inquirendum
incubuit, nec ullam dissidentiæ fenestram
aperire voluit.

R. Animum magnum inuictumq; mihi narras. Quan-
tas enim turbas tragœdiasq; in hominum animis ex-
citat dissidentia? Nullum certè faciunt disputandi,
percontandi, scrutandiq; finem mortales, quoties se-
mel dissidere, aut solliciti esse cœperunt; præsertim in
rebus Diuinis. Adeò vt vix antè nobis persuadeamus,
aliquid magni Deum posse præstare, nisi præstandi
rationem teneamus.

P. Imò verò ille non solum non incredulita-
te lapsus est, aut titubauit tantillum; sed
etiam fidei vires confirmauit, auxitque;
aut potius fidei robore cœlesti alacrior,
vegetior, validiorque extitit.

R. Ego quidem sic statuo, vix fieri posse, vt omnino Di-
uinis promissis fides adhibeatur; quin aliqua ante
pugna contra humanam dubitationem ac infidelita-
tem depugnata sit; sed diligenter opera est omnibus
adhibenda, vt humanæ prudentiæ omnia detrahan-
tur, retundanturq; arma. Quibus si quis se suumq;
animum semel impeti ac vulnerari patiatur, pericu-
lum est, ne de summo fidei gradu deturbetur. Sic enim
Abraha-

Abrahamus de sua carne glorioſiſimum egit trium-
phum; illius conſecta proſtrataq; ſapientia; ne quid
contra Diuinas promiſſiones moliri auderet. Sed
quæſote, huius ſue victoriae gloriam ſibi ne ille, an
Deo transcripsit?

P. Omnem ille gloriam Deo acceptam tu-
lit. Qui enim quidquam Diuina potentia
detrahit; detrahit & gloriæ. Gloriam igi-
tur Deo dedit; & quia ab eo profectam
fuiffe agnouit, & quia Deum nihil non
poſſe ac potuiffe credidit.

R. Iſtud eſt fidei veriſima ſignum, reſtimoniumq; lu-
culentiſimum, quum Diuina prouidentia euentus
rerum omnium aſcribimus ac felices ſuccessus. Alio-
quin illa fides (ſi fides dici poſt) parum ſincera eſt,
atque etiam ſuſpicione credulitas pueriliſ leuitatiſ-
que non caret; que ſibi quidquam tribuit; deq; ſuis
viribus & actionibus ita gloriatur; vt Diuina poten-
tia non recordetur.

P. Sed expende etiam atque etiam quanti 21.
faciendum fit, quod ille indubitata fide
credidit Deum omnino, quicquid promi-
ferit, poſſe etiam perficere.

R. Duo igitur in Deo ſpectanda ſunt. Bona illius volun-
tas, quæ promiſſis cernitur; ac potentia rerum pra-
ſtandarum, atque perſuendarum. Quibus, vt video,
fides Abrahami fundata, nixaq; fuīt. Sed quid fuerit
hactanta fide consecutus, audire cupio.

P. Illa, inquam, fides imputata eſt illi adiu- 22.
ſtitiam,

stitiam (aut si clarius mauis) ille propter suam fidem pro iusto est habitus. Ita ut ex eo tempore sibi Deum esse propitium, benevolum ac beneficium penitus sibi persuaserit; humana dubitatione ac dissiden-
tia sublata.

R. Admirandam fidei vim explicas; qua septus orna-
tus q̄ homo, certò sibi statuat, Deum esse benevolum
ac propitium; audeat q̄, se Diuino tribunalis sistere.
Sed existimāne eodem beneficio ceteros mortales af-
fecturum Deum, quo ipsum Abramum est profe-
catus?

23. P. Maximè. Non enim Abrahami duntaxat
gratia proditum est sacris literarum moni-
mentis, ei fidem fuisse ad iustitiam impu-
tatam: sed nostra quoque causa; vt eius ex-

emplo nobis quoque imputatum iri con-
fidamus; si modò crediderimus in eum qui
Iesum Dominum nostrum ex mortuis exi-
citauit, qui ipse cùm propter expiationem

nostrorum peccatorum traditus, cum pro-
pter nostri iustificationem suscitat⁹ est.
Vt eius mortis meditatione dissidentia
peccatum ex corde nostro auferatur, re-
surrectionis verò, iustitiae & nouæ vita
studium stabiliatur & augeatur.

R. O ter q̄, quater q̄, beatum humanum genus; siqui-
dem aliqua incidat tanti beneficij persuendi cupido!
Nam

Nam quis esset vsus huius exempli, nisi aliqua ex eo ad nos perueniret vtilitas? hoc est, nisi Abrahami exemplo excitaremur ad spem optimam in Diuina bonitate collocandam? Itaque cum eò spectent tam præclaræ promissæ, atque ad omnes homines pertineant; quis iam animum despondere posse? præsertim cum fides nostra propositum sibi habeat Christum, tanquam scopum aspectabilem, in quem collimet; per cuius mortem Deo reconciliati sumus; quiquam peccatum ac peccati scaturiginem, id est, naturalem animi peruicaciam & impietatem dissidentia coniunctam sustulerit: quiquam sua resurrectione nos in vitam reuocauerit; ut fide ac Dei benevolentia freti, iusti apud Deum acceptius, esse possumus; nouoger vita studiamus. Verum ut in pauca conseramus quæ supra dicta sunt, quam ab hominibus iustitiam Deus exigat: deinde quæ sit ad eam recta via; prætereà quæ nam sit fidei vis, quæ iustitiam illam amplexetur, nobis satis à te demonstratum est, & explicatum. Quas tantas res tam parui fieri ab ipsis mortalibus, præsertim hoc nostro seculo inanibus controuersiis occupatissimo, satis mirari non possum. Quare igitur nunc, quas vtilitates & fructus is, qui fide prædictus est, ex prædictis omnibus capiat eo tempore, quo iustus fit?

P. Primum omnium, nos ipsi statim atque Cap. 5. 1.
fide iustificati sumus, pacem habemus a-
pud DEVM per IESVM CHRISTVM.

R. OSA.

R. O suauissimum ac preciosissimum tam præstantis
ac generosa fructum arboris! siquidem sublatopœcca-
to, & peccati fonte, dissidentia putida Deoq; infesta,
deg; ipsius bonitate male sentiente; nulla amplius su-
perest inter ipsum Deum, ac nos miseros mortales si-
multas, nullæ inimicitiae: Imò singularis quadam ac
incredibilis benevolentiae ingeneratur certitudo: ad-
eò ut humanus animus fide præditus, omni perturba-
tione vacare possit, & secura frui ac perpetua pace.
Nam, vt dicebas, ex peccatoribus fide iusti (vt ita lo-
quar) pronunciamur: deinde hac iustitia Deo accep-
imus. Alioqui hac fide spoliati, ac diuina benevolentia
fiducia desituti, Deo inuisi sumus; animis perturba-
tis, ac inquietis inde sinèter à lege accusamur, & da-
mnationi obnoxij in diuino conspectu inuenimur.

2. P. Alter fructus fidei est, arctissimo vinculo
priori coniunctus, quod per eundem Chri-
stum Iesum, fidemque in eum, aditus no-
bis patefactus est in hanc gratiam; qua sta-
mus: neque animis concidimus.

Eph. 2.23. R. Quis non obstupescat & admiretur tantam Dei
erga homines clementiam, quos arcere à seipso, tan-
quam prophanos non sustinet: sed potius vltro ad se
inuitat, vt liberè ac confidenter ad eum adeamus? Li-
ber enim patet ad Deum nobis aditus, omnibusq; hi-
dentibus, licet imo pectore Deum sine villa intermis-
sione adire, id est colere, adorare, inuocare.

P. En tibi alium quoq; fidei fructum; quod
ita iu-

ita iustificati de spe ac expectatione Diuinæ gloriæ nos quoque, quanuis miseri homunculi, gloriamur.

Quid isthuc verbi est? Sicci ne gloriari Christiani hominis esse ducis? nisi forte significas, quum tanta sit huius vitæ miseria, molestia, calamitas, erigendos esse hominum animos certissima quadam spe futuræ tranquillitatis ac felicitatis; quam qui se affecutum confidat, non immerito possit gloriari. Est ne amplius?

Etiam. Nam non solum recitatas ante y. 3. utilitates percipimus, sed (quod mirere magis) in ipsis quoq; tribulationibus & calamitatibus exultamus; gloriamurque; ne dū ut eas animo alaci ac læto nō perferamus. Iac. 1.3.

Quid vero dici potest admirabilius, quum tanta sit hominum vel infirmitas, vel peruersitas, vt nil peius oderint, quam huius vitæ cruminas, quam res aduersas, ac eam crucem, quam Christus suis quotidianie perferendam imposuit? Et tamen efficit singularis Dei erga suos iustificatos benevolentia, sūaque illorum animis diuinitus insitavis; vt aduersis rebus minime frangantur; sed inde etiam voluptatem, atque egregiam alacritatem animo concipient. Neque vero non grave est sensibus nostris crucis pondus: sed tamen illedebet paterna charitatis ac indulgentiae lenitas: à Deo enim crux illæ humeris nostri: imposta est, qui nostræ mentes virtute sustentat sua.

Et tamen est adhuc, quod te etiam magis 4.

E excitet.

excitet. Alacriter enim omnē molestiam subimus, ac deuoramus; quoniam constat tribulatione patientiam gigai; patientia experiētiam seu probationē, experientia spem; spē autē eā vim habere & conciliare homini, ut nunquā fallat, aut rebus expectatis frustretur; mihi est cōpertissimum.

R. Arridet mihi plurimū hæc ingeniosa gradatio, præsertim quum propositum nostrum concludat & confirmet; afflictiones videlicet non solum fidencibus non esse acerbas aut ignominiosas; sed magnam laude & gloria coniunctas. Enim uero afflictionum nemo est omnino inexpertus. Probationem autem siue experiētiā, vel ad nos refero, vel ad Deum. Illic enim nostra constantia, virtutis, roboris sit periculum; atque etiam magni animi specimen à bonis viris exhibetur. Hic patru clementissimi sentitur lenitas atque indulgentia; ac maximè fidelitas: in eo quod suis, aduersa ferentibus, nunquam non adest. Inde vero spes manat oritur q̄, bonitati opt. maximis, Dei innixa. Sed qua ratione demonstras, spci nunquam non felicem constare euentum?

s. P. Spem nunquam inclinari aut peruertere posse ob id altero, quoniam amor Dei in nostros animos cœlitus diffusus est per sanctum Spiritum: quem nobis donauit.

R. Spem mihi videris in arce collocare munitissimam; nempe in diuino spiritu. Is enim cūm sit vis, virtus ac potētia summi numinis; cūq; suam saluificam vim homini

homini communicet: cumq; etiam in eius pectus fa-
uorem, amorem, dilectionemq; Dei inspiret & insun-
dat; adeo ut de Diuina benevolentia nullo pacto du-
bitet: fieri non potest, ut spes tanto septa robore euer-
beretur, concutiatur, excutiatur; aut optatis etiam
frustretur. Sed quum homo ipse tam sui amans sit,
exq; suo ingenio Deum estimet, atque metiatur: quo-
modo persuadere sibi poterit, se Deo charum, gra-
tumq; esse; idq; gratuitò, id est, nullis suis meritis?

Modum illum ac rationem facilè intel- 6.
lexeris, si cum animo tuo sàpè diuque co-
gitaris illud tempus, quo Christus pro pec- Hebr. 9. 5.
catoribus perditissimis morte subiit; tum 1.Petr. 3. 18.
maxime, quum tanto illius beneficio indi-
gnissimi essemus. Reuera enim vix erit, 7.
qui mortem subeat pro viro improbo, vix in-
quam: neq; hoc omnino fieri posse nego.
Nam fortasse non desit, qui virti boni cau-
sa morti sustineat. At qui pro improbo, in-
grato, iniusto vitam expendat; nemo pro-
fectò est. Quod fecit CHRISTVS; qui
verbera, crucemque pertulit, & sanguinem
pro nobis iniustis, ingratiss & inimi-
cis suis, impendit: ut se victimam piacula-
tem Deo factam ostenderet hominibus v-
niuersum orbem incolentibus:

Hinc ergo liquet, quantò Diuina charitas humano
amore sit prestantior. Homines enim suos amatores;
aut admiratores amant; DEVS autem (dictum mi-

8. mirum ac creditu difficultimum) suos inimicos omnibus vitis inquinatos tanto favore prosequutus est, vt charissimum filium pro illis immolandum tradiderit. Quo an illum maius certiusve Diuini amoris pignus desiderari queat, non video.

9. P. Porro si flagrantibus adhuc odijs, Deus suum erga nos amorem demonstrauit, quanto decet confidentius sperare, nos ab ira Diuina seruatum iti, iam iam illi Christi sanguine reconciliatos, eiusque benignitate iustos factos? Si enim, cum inimici essemus, cum Deo redijmus in gratiam per mortem filii eius; ergo etiam, multoq; magis per eius vitam Deo dilecti seruatique incolumes erimus.

R. Certè prægaudio mibi gestit animus, tot tantuq; beneficijs exhilaratus: atque nunc intelligo finem & fructum mortis illius agni immaculati, peccatum mundi auferentis.

10. P. Et verò etiam sic, vt diximus, Deo charredditi, totq; opibus ditati, habemus præterea fiduciam quandam gloriandi duntaxat in Deo ipso; idque per CHRISTVM IESVM, per quem hæc nostra conciliatio firmissima est ac certissima.

R. Quasi parùm fuisse propter præsumptam gloriam Diuine spem animis gloriari, addis etiam cum fiducia; & sine vlla dubitatione licere. Per Dominum (inquis) qui vere spei fundamentum est ynicū. Enim vero

nero hinc meditationibus ac studiis posthac solabor
animum meum; quoties rebus aduersis conflictabi-
tur; ut pote quum certò sciam, à meflare clementissi-
mum Dominum, mibiq; sauere, tot editis in me im-
mense bonitatis exemplis. Et, ut in pauca conferam,
qua hac tenus dixisti; iam intelligo, qua ratione ho-
minibus peccata condonata sunt; sum quo pacto spem
ipsi concipiunt aeternæ vitae. Quomodo tamen fiat, ut
CHRISTI iustitia homines ornentur, ipsisq; com-
municetur; nondum plane intelligo.

P. Res tota comparatione fiet apertissima. ^{12.}
Nam quēadmodum per vnum hominem,
id est, primum parentem Adamum, pec-
catum in orbem irrupit, ac per hoc ipsum
peccatum mors, ita ut per vniuersum ge-
nus hominum grassata fuerit, quippe qua-
tenus omnes peccarunt: sic etiam consub-
stantialis ille atque coæternalis Dei λόγος,
seu Verbum Dei, factus homo Christus,
sive secundus ille Adamus, per infusam spi-
ritu suo nobis fidem, nos de peccatorum
remissione securos certosq; reddit; iusti-
tiam infundit; vitam spiritualem, æter-
nāque largitur; mortis aduersariam, vi-
tricemque.

Quoniam pacto peccatum in orbem ingressum do-
ces? quum absurdum videatur, citra legem esse pec-
catum potuisse, ut ante à dictum est?

Atqui tenendum est, etiam antequam ^{13.}

lex edita, promulgataque fuisset, iam tum
peccatum etiamnum extitisse olim, atque
inter mortales suas vires exeraisse.

R. Vix assentior. Nam si peccatum legis est transgres-
sio; sine lege peccatum non subsistit.

P. At vero peccati autoramentum stipen-
diūmve mors est. Ea ante iam ab Adamo
usque ad Moysen, legis ministrum, in eos
etiam vires exeruit suas, qui necdum ad
instar Adami deliquerant. Cui malo me-
dicinam fecit Deus, missò cœlesti Adamo,
cuius prior ille terrestris fuit typus & figu-
ra; ut quemadmodum ille peccatum cum
morte inuexerat: sic posterior venia pec-
catorum ac iustitiam importaret; ac pro-
inde vitam æternam.

R. Hoc parum consentaneum videri queat, vt vetus
Adamus noui Adami typus sit, etenim peccato sibi
& exemplo ac propagatione posteris nocuit; & sen-
tiunt omnes, etiam nunc, veteris vestigia noxa; nem-
pe ingenitam prauitatem, dissidentiam, odiumq; nu-
minis; & quid dicam cætera? CHRISTVS autem
bonorum omnium fons est & origo; atque omnem ex
animis pellit terrorem, dubitationē, improbitatem,
nobisq; Diuinam conciliat benevolentiam ac benefi-
centiam. Præterea quid est, quod merito comparari
CHRISTVM nobis conciliatam?

P. Rem

1. Rem ipsam certè , vti se habet, attigisti. 15.
 Sed quanuis alijs partibus dissidere videatur similitudo , ac res inter se pugnantes complecti: Hoc tamen non solum simile est, sed longè etiam maius ; quod, vt vnius lapsu quā plurimi in mortis tyrannidem corruerunt : ita donum ac beneficentia Dei, per I E S U M C H R I S T U M cumulatiūs in quā plurimos exuberauit, atque diffusa est.

2. Nunc rem planius, dilucidiusq; , assequor. Vt erque enim , vt video , in genus humanum suum quoddam ius hereditarium transmisit. Vetus quidem Adamus, peccatum, mortemq; ; secundus vero Adamus C H R I S T U S iustitiam, vitam, gratiamq; , atque reconciliacionem. Et si maxima minimis licet conferre, videtur Deus quasi quodam singulari certamine cum Satana congressus, eius regnum penitus excidisse, ac euerisse; nempe peccatum atque mortem ; nec non etiam Adamum ab illius tyrannie liberasse; ac sic per suum dilectissimum filium, gratia, iustitia, vita eterna triumphasse, ac trophyum contra serpentem illum e- Gen. 3.

3. Postquā aptissimè annotasti quid vtriq;
 Adamo fuerit propriū, quid etiā cōmune,
 nunc quoq; hoc considerandum videtur;
 magnū nēpe esse discriminem inter eam, quā
 prior Adamus generi humano, suo scelere
 attulit calamitatē, & inter immēlam gra-

15. tam à Christo, cœlesti Adamo, nobis allatam. Vnico enim illius peccato omnes homines condemnationi redditi sunt obnoxij: Nunc autem multorum peccatorum remissio, Christi beneficio contigit hominibus. Quibus credentibus errata condonantur, veræque iustitiae spiritus ipsis datur,

R. Hæc mihi sunt profectò persuasissima. Quamuis enim ex vnico illo scelere, tāquam ex ipso sonre, quotquot erunt, fuerunt, sunt, virtus fecerunt: Tantus est tamen, tamque inexhaustus honorum, virtutumq; omnium thesaurus in CHRISTO Dei Verbo vivifico nobis oblatus, ut nil super sit periculi, neque ab illo primigenio scelere, neque ab omnibus eius fructibus. Totus enim ille fons vitiorum diuina CHRISTI virtute, eiusq; spiritus praesentia & efficacia, paulatim in ipsis, qui non iuxta carnem, sed iuxta acceptum spiritum vitam componunt, exhaucitur. Sed quod nam mortis remedium demonstras?

17. P. Est hoc equidem in promptu, Mors vnius indignissimo flagitio regnauit in omnes; eosque tyrannidi subdidit suæ: qui vero Diuinæ gratiæ cumulum ac iustitiae donum perceperint, multò magis in vita regnabunt per unum IESVM CHRISTUM.

R. O egregiam victoriam! qua Satanas, eius regnum, mors ipsa, ceteriq; hostes nostri vieti sunt; cœlesti Adamo duce ac imperatore triumphante.

P. Sed

P. Sed vt aliquando hanc vtriusque Adami ^{18.}
collationem finiamus, sic habendum est;
Quemadmodum vnius vitio ac culpa, cō-
damnatio in omnes homines fuit diffusa;
sic etiam vnius iustitia, qua iusti reddimur,
beneficium quoque ac donum in omnes
homines fuit collatum, ad eos iustifican-
dos, vitæque spirituali restituendos. Vti
enim vnius rebellione multi rei peracti ^{19.}
sunt rebellionis, sic etiam vnius obedien-
tia quamplurimi iusti fient.

R. Mirè affectus sum, Paule, iſtuſ tuis concinnis com-
parisonibus, quibus mihi videre vniuersum Chri-
ſiane religionis negotium esse complexus. Quam
methodum vniām, quotquot C H R I S T I discipuli
meritò haberi volunt, omiſſis omnibus curiosis dispu-
tationibus, sequerentur. In ſumma, illud in memorie
habeo, habeboq; ſemper, omnia mala priori Adamo;
omnia verò bona posteriori accepta eſſe ferenda. Sed
neſcio quid ſcrupuli in animo relinquis meo. Nam
quum Diuinae gratiae ac misericordiae nihil non tri-
buas, quam ipsam D E V̄ ſ in ſuo C H R I S T O nobis
de prompſi; nō video, quis locus aut uſus legis relictus
ſit; niſi ut & nos accuſet, & peccatum prodat, & ad
peccandum magis magisq; nos irritet.

P. De lege quidem ciuiſque officijs nos po- ^{20.}
ſtēa copioſius agemus; In præſentia vero,
ſatis habero: legem ſubijſſe, ut peccatum
abundaret; clarissque agnoſceretur ab
E , homi-

zr. hominibus; qui tam ceci erant, ut vix peccatorum turpitudinē perspicere possent. Et tamen, De gratia, factum est, ut quanto magis abundauit, inualuitque peccatum: tanto etiam magis exuberaret diuina benignitas ac clementia. Ut quemadmodum peccatum regnauerat ad mortem ac interencionem humani generis: sic etiam gratia per iustitiam regnaret ad vitam aeternam. Idque per IESVM CHRISTVM Dominum nostrum humanę salutis assertorem.

R. Multa sunt, abs te, Paule, segregie hactenus tractata de gratuita iustitia, qua Deus ornat credentes. Sed quoniā, vt initio dicebam, ex eo plerique peccandi licentiam ansamq; capiunt, quod Euangeliū Dominus suae gratiae thesaurum cunctis aperit, credentibusq; non solum peccata non imputat, verum etiam spiritum iustitiae donat: tanquam inde crescat diuine laus misericordiae, si quamplurima extent peccata: peto igitur abs te (vt illorum personam induam) liceat ne iustificatis licentiosè in peccando perseuerare, eò quod homines sint fragiles, & corrupti, hac occasione, obnoxii; ut gratia Dei magis ac magis appareat.

zr. P. Deus meliora. Nam quum per spiritum iustitiae peccato mortui sumus; qui fieri potest, vt post iustificationem in peccato perseueremus, & viuamus?

R. Non

R. Non satis istuc intelligo: clarius de his quæso.

P. Quid? An ignoratis, quod quicunque ^{3.}
baptizati & purificati sumus in Christum
Iesum, in mortem eius esse baptizatos ab-
lutosque? nosque adeò illo ipso baptismo
vna cum illo sepultos esse & tanquam mor-
tuos? ut quemadmodum Christus ex mor- ^{4.}
tuis excitatus est propter patris gloriam;
ita nos quoque in vita nouitate ambule-
mus, id est, nouam vitam, ad gloriam ipsius,
qui ad operandam iustitiam, spiritum iu-
stitiae nobis impertit, letemur.

R. Gaudeo mihi veram abs te expositam esse, tum ba-
ptismi Christiani significationem, tum iustitiae obli-
gationem. Nam hac ratione multorum non simplex
error facile potest deprehendi: Primum enim sunt, qui
signa pluris quam rem signatam perperam faciunt:
& certè rari sunt, qui sentiant baptismum designari
veteris Adami, omnisque iniustitiae ac turpitudinis non
modo ablutionem & interitum; sed etiam animo-
rum nostrorum, totiusque vite renovationem &
instauracionem. Deinde non desunt, qui spiritus Chri-
stivm & iustitiae energiam nequaquam agnoscen-
tes, peccato adhuc ostium patere finant; occasiones
nescio quas humanae fragilitatis prætexentes, quasi
CHRISTVS non sit Diabolo potentior, diuinaque
gratia non possit peccativires superare.

s. P. Profectò multis esse peccati patronos
audiui, atque doleo: sed tu contrariam do-
ctrinam intelliges; si attento animo expé-
das eam, qua hic vtor, insitionis similitu-
dinem. Nam si complantati sumus, ac in-
sitionij similitudine mortis C H R I S T I ; ni-
mirum & resurrectionis quoque partici-
pes efficiamur necesse est.

R. Eleganti ac maximè propria translatione signifi-
cas, nos instar insitiorum muscularorum esse debe-
re: ut C H R I S T V S nobis insitus, & vt nos Christo
insiti, nouos nouæ fructus vitæ producamus; & iusti-
tiam, innocentiam, & sanctitatem sequamur.

6. P. Enim uerò ita statuendum est, veterem
nostrum hominem in iustificatione & re-
generatione esse cum C H R I S T O crucifixum,
vt ipsum peccati corpus eneruerit
ac destruatur, ne amplius peccato indul-
geamus, seruiamusque. Nam qui per
C H R I S T I mortem mortuus est, per quæ
eius Spiritum iustitiam obtinet; hoc ipso
liber est à peccati seruitute. Quod si cum
C H R I S T O, adepta peccatorum remissio-
ne, mortuos nos esse credimus; certissimò
etiam statuendum est, nos quoque cum il-
lo esse victuros; eaque vitæ nouitate, vt
cum eo resurrexisse nos testemur: non
quidem verbis tantummodo, sed etiam
factis

factis ac bonis operibus nostram renascientiam ostendentes.

R. Omiseranda hominū peruersitatē! qui ad cōmemorationem Diuinā erga nos benevolentia, beneficio ac morte Christi partē, mirū dictū, quantum gestiant multi, exultentq; gaudio: vi potē qui certiores hoc paflofiant de præteriorū delictorum remissione: quum autem eius ipsius resurrectio cōmemoratur, vt Christi exemplo nouam vitam instituamus: ad illius innocentiam, iustitiam, ceterasq; virtutes conformatam atque compositam; vtque ea ratione ardentissimi votis ad cœlum aspiremus, inhibemusq; spretis omnibus mundanis voluptatibus: hic hic animo desiciimus; ac tantum non colligescimus. Tantis nempe præteriorum peccatorum illecebris definiti sumus ac insecati; vt malimus falsa dogmata cōminisci: quam vitiostati nostrae bellum indicere.

P. Quidquid doceant carnales illi pseudo-^{9.}
euangelici, necesse est iustificatos peccatis, sceleribus, voluptatibus denique omnibus dishonestis nuncium remittere, ac valedicere; iuxta CHRISTI exemplum.
Qui quum ex mortuis surrexerit, iterum nequaquam moritur, neque mors denuò illi dominatur. Itaque quemadmodum il-^{10.}
le semel mortuus, peccato mortuus est, adeò ut nunc denuò vivat: sic & vos Spiritu*m.*
tum iustitiae adepti, existimate vos, tanquā
vera CHRISTI membra, eius mortem, re-
surre-

surrectionem, vitamque participantia,
mortuos esse peccato; & viuere Deo per
IESVM CHRISTVM DOMINVM no-
strum.

R. Praeclaram profectò exhortationem: sed prob dolor!
miseram quoque hominis naturam ab eo prorsus a-
lienam cerno; ut pote in qua sic altas radices egit pe-
ccatum, ut vix euelli queat. Nos certè in animos nostros
peccatum tanquam hospitem, aut potius tyrannum
intromisimus, in intima quasi penetralia; unde, cum
propter naturam corruptionem, tum ob consuetudi-
nem ac diuturnitatem vix poterit ejici, deturba-
rīe.

12. P. Ita res habet. Sed annitendum est ta-
men, ne peccatum istud regnet in corpo-
re vestro, quamuis morti obnoxio; néve

13. eius cupiditatibus obtéperetis; aut mem-
bra vestra p̄t̄beatis illi, tanquam nequi-
tiæ omnis instrumenta ad peccandum ac-
commidata. Imò verò contrà accommo-
date vos metip̄sos Deo, tanquam ex mor-
tuis rediuiuos; membraque vestra illi ex-
hibete tanquam iustitiæ organa; eoque pa-
cto Christi mortem atq; resurrectionem
factis operibusque pijs repräsentabitis, &
viviis coloribus depingetis.

R. Hæ res inter se comparatae animos nostros tum à
peccando absterrere, tum ad bene, beatęq; viuendum
summis studijs inflammare nos certè deberent. Quid
enim

enim turpis, quam libidinū seruos esse? quid contra dignius excellētius q̄, quam iustitiam, pietatē, & innocentiam colere? Orandus itaque est Deus optimus maximus, ut pro sua infinita bonitate nos iam iustificatos à peccati tyrannide liberet; ac iustitia studiosos faciat.

p. Bono es animo. Peccatum enim nequa- 14.
quam in vos amplius dominium exercebit.

r. Quaratione, quōve modo tantum beneficij nobis poterit contingere? factu enim id mihi videtur per difficile: vel, ut nonnulli loquantur, impossibile.

p. Difficile quidem hominibus, Deo autem nihil est, ut illi aiunt, impossibile, aut quod confici nequeat. Sed ne in re tanti momenti hæsites, paucis rationem accipe. Peccatum enim non dominatur ijs, qui sub gratia, sed qui sub lege sunt: vos autem iustificati, iam non estis sub lege; sed sub gratia: Spiritu enim C H R I S T I ad bene a. gendum incitamini, non metu legis, aut pœnæ odio, ut mancipia solent, scelera vi-tatis.

r. Aranearum similes videntur pleriq; qui res quas-vis in venenum vertunt. Hanc enim sententiam si au-diant perdit homines, & ad omne vitium proieclti, continuò, quasi per iustificationem impunitatem af-secuti, exclamabunt: Quid ni peccabimus qui sub 15. gratia sumus, non autem sub lege, eiusq; tyrannide?

P. Ab.

P. Absit ut hoc quisquam in animum introducat suum, præsertim pius.

R. Sed quid istis hominibus facias, qui Dei beneficia abutuntur ad maleficium? Et tamen non possunt, nisi firmissimis ac potentissimis argumentis, versata hæc ingenia pervinci.

P. Refractaria illa ingenia Deo summo iudici relinquenda sunt; melioris autem spei homines hunc ego in modum adhortarer: An nescitis, cui vos seruos præbetis ad obediendum, vos eius seruos esse; ut cui patreatis; aut peccati ducetis vos ad mortem, aut obedientiam ad innocentiam vitalēmque iustitiam.

R. Si purgatis auribus essent homines, hanc certissimam atque validissimam orationem tuam, attentius animis perciperent; neque sua illa commenta adfuerendum peccatum excogitat et tam pertinaciter amplexarentur. Quid enim absurdius, quam res inter se pugnantissimas velle conglutinare & congregari, verbi gratia, lucem cum tenebris, libertatem cum seruitute, cum peccato gratiam? Atque id sanè molestunt illi, quoties gratia prætextu ac libertatis, sepe peccato obstringere non verentur. Neque tamen istius farinae omnes esse credideris. Non enim pauci sunt in hac nostra Romana Ecclesia, qui per beneficium regenerationis, excusso peccati iugo, ad virtutem atque pietatem toto pectore contendunt.

16. 17. P. Gratias ego vobis immortales Dco agio,
z. Pet. 1. 19. agam.

agamque semper, quod cum serui essetis;
peccati, diuina plane benignitate liberati,
& Dei filij facti, parvistis ex animo rationi
doctrinæ illius, videlicet euangelicæ, quæ
tradita est ad vitam vobis conferendam. I.
taque vos iam à peccato liberati, iustitiae ^{18.}
inseruitis ac innocentiae; ad quam Deus
vos accersuit; ac proinde peccato nequa-
quam patere debetis.

Egregie certè sumus nonnulli ad sanctitatem affe-
di, que singularis est Diuini spiritus in animis nostris
gratia virtusq; : eamq; perpetuo nostræ infirmitati
suppetias latram speramus.

Enim uero, ut vestræ fragilitatis habeam ^{19.}
rationem, humano more vobiscum agam.
Quemadmodum igitur membra vestræ, a-
nimis vestri sensus, virtutes, atque vim, in-
strumenta præbuistis & improbitati ad im-
probitatem; ut regnante in vobis impro-
bitate, fieretis indies improbiores; sic
nunc, si non ardentius, at certè non lan-
guidius, membra vestræ organa præbete
innocentiae ad sanctimoniam; indies equa-
dentes ab omni impuritate purgationes;
Atque etiam memineritis, vos tum cum ^{20.}
peccato inseruiebatis, à iustitia alienos, ac
extorres fuisse. Nam obsecro vos, quem ^{21.}
fructū percepistis ex ijs propter quæ nunc
erubescitis? Illorum certè finis mors est.

R. Sua quemque arguit culpa. Ego verò incredibili
pudore suffundor, quoties in mentem venit mīhīmī
miserè ac turpiter acta vita. Quid enim dicam, quod
vel ab ipsis incunabulis statim atque aliquid iudicio
ac prudētia potui (quae mea est naturalis corruptio
ac depravatio, antiquique Serpentis versutia, lectio-
nem semel Adamo propositam repetentis) continuo
mei ingenij viribus fretus, me ceteris longè præcellere
existimauī; atque adeò in omnibus meis actionibus
metantūm non pro Deo habui; ut non possim satis mi-
grari, tantam fuisse Dei clementiam, qui me tam pa-
tienter, tamque diu peccatis pertinaciter indulgen-
tem tolerare dignatus sit.

22. P. Iam ergò postquam & peccatorum vin-
culis soluti, & Dei serui facti estis, vestrum
fructum sanctitatis percipietis; & vos eter-
næ vitæ exitus manet. Ut enim peccati sti-
pendium mors est; ita vita æterna, non di-
cam stipendium, aut merces (nam qua est
excellentia, eam comparare non possum,
nec tamē ob id minus debet à nobis cura-
ri aut expeti; sed eò magis quò præstantior
est, & in summæ illius Dei liberalitatis po-
testate posita) sed dicam, donum Dei est
per Christum Iesum Dominum nostrum;
nequaquam autem ob nostra merita feli-
citas illa est expectanda.

R. Facile in hoc tibi assentior, mi Paule, sed non satis
assequor id, quod dicebas, nos lege solutos esse. Nam
quum

quā lex Diuīna & sancta, & iusta sit, & quasi quodam lumen ad insistendam rectam salutis viam, eaq^z ad usus vita bene agenda necessarios, ab ipso Deo sit Israēlitis præscripta; vt in ea, tanquam in nitidissimo speculo, creatoris voluntatem intuerentur: qui fieri potest, vt illa ipsa lege homorenatus solui possit; vt q^z tanquam ex lex deinceps viuat? Aut quo pacto lex diuinā cūm sit, pessima effecta producere potest?

¶ Rem omnem, vt potero, paucis expla- Caput 7.
nabo; in meoque ipsius exemplo, quæ sine
legis officia, docebo: modò, perspicuitatis
gratia, triplicem hominis statum consider-
res, irrenati, renascentis & renati. Enim-
verò vt res tota melius intelligeretur, à
coniugij lege similitudinē desumpsi. Hæc
enim mea verba sunt: An nescitis fratres 1.
(legis enim peritos alloquor) mulierē te-
neri lege cōiugali, quandiu viuit vir? Nam Cor. 7.35;
viro obnoxia mulier, viveti viro alligata est 2.
per legem: viro autem mortuo, à virti lege
soluta est. Itaque dicendam esse reor adul- 3.
teram, si viuente viro, cui vni lege connu-
bij honestum sui corporis ysum mancipa-
uit; alterius viri fiat. At si moriatur vir, so-
lutā esse lege matrimonij, vt adultera non
sit, si cum altero se coniunxerit.
Ista nequaquam inficiabuntur, neque gentiles na-
tura & luce collustrati; neque Iudei scriptam legem ha-
bentes.

P. Recte sentis: ad eudem prorsus modum
vos iustitiam Christi adepti, legi mortui
estis per corpus Christi; ac vici illam vobis
legis damnandi vis mortua est; ut iam vo-
bis libertas sit transeundi in alterius ius,
videlicet Christi, peccatorum nostrorum
piacularis hostia; ac postea à mortuis exci-
tati. Neque vobis iam cum lege res est; cum
quia eius imprecationi ne quaquam estis
obnoxij; tum vel maximè quia Dei afflatus
occupati atque acti, non legis imperio, sed
spiritus impetu agimini. Igitur cum gratia
nobis res est, ut D e o, qui nos gratis per
Christum iustos fecit, sanctorum actio-
num fructum feramus.

R. Connubij legem probè noui. Quid beneficij afferat
gratuita iustitia iam melius ex te intelligo. Sed quale
fit hoc coniugium legis cum homine non prorsus affe-
quor.

P. Nunc clarius animi mei sensa exprimam,
rationem meorum dictorum assignando.
Nam cum in carne essemus, id est, ante-
quam renati, iusti & Divini facti essemus;
cum Christo fide copulati, peccatorum
affectiones, ex quibus flagitia omnia, &
peccata oriri solent, illæ, inquam, affectiones,
quaæ nobis insunt per legem (ab ea e-
nimirritantur) vim habebant in membris
nostris; animorumque nostrorum instru-
mentis,

mentis, sensibus atque viribus uteruntur,
vt vitiosorum factorum fructum produce-
remus; quæ tandem ad mortem ferunt. At
nunc iam iusti facti, lege solati sumus, vt- 6.
pote legi mortui, à qua in servitute serui-
lem in morem tenebamur. Non quò nunc
in terrestri libertatè simus, nec quò fræ-
num prauis nostris cupiditatibus laxemus:
sed quò extincta legis maledictione, mor-
tuo etiam in nobis nostro ipsorum carnali
spiritu, ac pro eo regnante Christi in no-
bis Spiritu, qui legi obnoxius non est, ser-
uiamus Deo in nouitate spiritus; non in
vetustate literæ.

Nunc melius usqueor similitudinis applicationem.
Arg. ni prorsus fallor, vis nobis proponere duo coniu-
gia. Primum ante iustificationem seu renascentiam;
in quo lex, legisq; vis, veluti mariti fungens officio in
nobis, peccatum gignit; atque in medium producit
radicem illam, ex qua postea scelerata dicta & facta,
veluti fructus, ex putrida arboris radice, prodeunt.
Alterum nouumq; coniugium assignas, cum Christi
spiritus, nouus maritus in animis nostris vim suam
exerendo, gignit iustitiam; ex quare clē dicta & fa-
cta, veluti fructus ex bona arbore exeunt. Sed quo pa-
cto iusta iustitia nequaquam gignatur in literæ vetu-
state; sed in nouitate spiritus, adhuc non bene intel-
ligo.

Audi horum verborum interpreta-
F 3 nem.

6. nem. Seruimus quidem nos Deo iam iusti facti, atque diuinæ legis obseruationi incumbimus: non ut simulatores, sed ut vera Christi membra, ex animo: Diuine gloriæ studio moti, non exteriore & emortualegis scriptione, iam olim in tabulis exaratae neque eius minis, aut etiam promissis: sed interiore Dei afflatu, & viua lege, & charitate per C H R I S T U M in animis nostris impressa, vt summatim dicam; non metulegis, sed impulsu Spiritus agimur.

R. Istis quidem minimè refragari queo, vt pote expertus, quanta sit efficacitas Diuini Spiritus in animis verè & serio Deo fidentibus. Sed illud, vt ingenium fatear ingenij mei tarditatem, non satis assequor, quo pacto lex cùm Diuina sit, sanctitatisque & probitatis regula, possit peccatum gignere. Nam si proles parentis ingenium refert, legem peccatum esse inde concludetur, vt pote quæ peccatum gignat.

7.
Exod. 20.
& 17.
Deut. 5. 11.

P. Nequaquam, ô bone; imò absit à nobis hæc cogitatio. Tantum enim abest, vt lex peccatum sit: vt illa ipsa sit peccati index. Nam peccatum ego non nossem, nisi per legem. Itaq; peccatum in homine est, non in lege. Nam diuina lex, siue natura illa sit, siue scripta, non vt improba ad peccādum instigat, sed ut sancta, & recta, meum mihi officium

officium ostendens, ad probitatem me ex-
citat. Ego verò, quæ mea est improbitas,
legi non obediens, venio in mei peccati
cognitionem: Quemadmodum per recti
notitiam ad praui cognitionem venitur.
Neque enim concupiscentiam nouissem,
peccatum esse, nisi lex diceret: Ne concu-
piscito.

R. Postrema hec tua verba mihi sunt compertissimas;
atque nunc mibi venit in mentem primus ille miser-
imusq; status pristini cum lege connubij, in quo illa
& mariti, & indicis munere in me functa est. Nam
quamuis me& cupiditates erant ita effrenatae, vt me
à perfecto, sancto, iusto Dei hominumq; amore, in quo
tota lex sita est, retardarent, atque impedirent; at-
que idcirco essent in me quasi venenatae quædam &
pestilentes radices, ex quibus nasceretur, vt legi mini-
mè obtemperarem; immo contra totam eam facerem;
tamen ita eram cœcus, vt nisi lex, utpote iusta atque
sancta eas pessimas, adeoq; peccata esse declarasset,
non fuerim protalibus vñquam agnitus. Sed adhuc
minimè explicatus est hi locus ea, qua cuperem per-
spicuitate: itaque plura, & apertiora abs te audire
cupio de legis vi in peccati productione.

P. Ista nequaquam te fugissent, si reliqua mea 8.
verba perpendisses. Nam peccatum, id est,
vitiositas ipsa, occasionē nacta à precepto,

neque tamen datam, peperit in me omne cupiditatum genus. Homo enim ad ī improbus est, atque peruersus ante renascētiā, vt, cum lege, vtpote recta, iusta, sancta, debuerit extingui in eo cupiditas, eadem (hominis quidem, non legis culpa) fiat viuacior & furiosior. Id quod vel ex eopatet, quod sine lege peccatum erat mortuum: ego vero tum temporis, cūm si ne lege essem, viuebam; non quia legem ignorabam, nam legis quidem vel minimos apices & literas probè memoria tenebam; sed eius vim atq; imprecationem contra fontes, & refractarios nequaquam pēpendebam; multò etiam minus sentiebam.

R. Hoc ipsum etiam & mihi, & alijs multis accidisse exploratum habeo. Cūm enim homo in rebus terribibus, caducis & perituriis depresso, sensui habenati prorsus laxat; neque iam quid aequum sit, considerat, cūm lex, inquam, non fungitur in eo suo munere, non eum pellicit, non arguit, non vellicat, nō fodicat, non damnat; tunc eius peccatum & effrenata cupiditas veluti dormiunt, & quasi mortua sunt. Ipse autem, sua quidem opinione, viuit, cūm à lege se damnari minimè sentit. Et hac ego conditione eram, non solum cūm in tenera etate bonum à malo discernebam nequorem; sed etiam post, cūm adulcus in peccatis dormirem; me etiam vitiis statim obsequerer.

P. Gau-

Gaudeo te nequaquam tradidisse obli-
vioni pristini illius coniugij statum; ex
quo Divinae gratiae beneficio liberatus es:
atque ego eiusdem gratiae beneficio libe-
ratum me esse sentio. Iam sinito me legis
munera persequi. Vbi igitur venit præce- 10.
ptum, Deusq; mihi mentem aperuit; tum
cœpit lex mihi meum officium ostendere;
& quantum ab eo absuissim docere: tunc
ab eo accusatum & damnatum peccatum
(peccati autem nomine intellige vitiosi-
tatem & cupiditatem, quæ prius absque
lege mortuæ videri poterant) cœpit lege
expergefactum & irritatum reuiuiscere.
Ego verò mortuus sum in Dei atque æter-
næ legis conspectu, animaduersa mea im-
probitate. Atque ita factum est, ut quod
mihi datum fuit, ut me ad vitam deduceret
(siquidem lex viam ostēdit, qua ad Deum,
vitam nostram, eatur) ad mortem me de-
duxerit; non sua illud quidem culpa: sed
quia ita malus fui, ut non modò ei non ob- 11.
ediuerim, verūm (quæ mea fuit superbia)
indignatus me ab eodem præcepto ita li-
gari, ut insanus & furiosus repugnauerim;
omnibusque modis sim reluctatus. Igitur
peccatum, id est, mea interna vitiositas, me
subduxit reuocatum à recta via, quam lex
ostendebat; atque hoc pacto pro suo arbitrio me

trio me occidit: capta quidem à præcepto occasione, sed minimè data; ne arbitris legem Diuinam peccatum esse.

R. Ergò liber as planè legis præceptum, cuius occasione hoc factum est, ab omni infimulatione malitia aut prauitatis?

- i. Tim. i.* P. Quid ni? Lex enim sancta est, quæ mihi ostendit, quid facere debeam; sed ego impius eram, qui à bono occasionem caprem deterior euadendi.

i3. R. Ista quidem bene. Sed quo pacto præceptum quod suapte natura bonum est, tibi morti fuit? quod autem de te dico, de meipso etiam in pristino statu existente intelligo.

- P. Id præcepti culpa minimè accidisse existimandum est; sed peccatum, id est, vitiisitas seu cupiditas, per bonum præceptum, & per legem, quæ iusta & sancta est, peperit in me mortem; effecitque ut peccatum videretur: atque ita patefacta fuit eius peruersitas, quod à bono occasionem mali etiam nō datam cœperit: fuitque ita malum peccatum, ut ex præcepto, quod bonum est, crescendo in seipso occasionem sumpserit; sequē vehementius atque furiosius præbendi.

R. Quandocunque in mentem reuoco diuinam illam atque ferè innarrabilem agendi rationem & prouidentiam;

dentiam, qua Deus utitur erga peccatores & improbos in ipso iustificationis tempore: non possum non laudare eius diuinissimam clementiam & prouidentiam, qui hominē per tot prærupta loca, præcipitiāq; periculis plena tandem deducat ad CHRISTI sui cognitionem; ut in eo iustus fiat: pristinęq; conditionis, sanè omnium miserrimae, recordetur. Quis obsecro est, qui tibi fidem præbeat de legis officijs differenti, nisi prius in seipso hæc omnia expertus fuerit?

P. Est sanè verum quod dicens; requiruntque ista pietatis exercitationes & iustificationis experimenta: nam antea eum in modū irritatur peccatum, pravaq; hominis cupiditas, vt fiat supra modum peccans peccatum & malum; adde, vt confletur mors ex peccato & lege; non quidem legis culpa, sed peccati? Lex enim quod in se est, vitam confert, vitæ viam nobis demonstrans. Sed quia lex spiritualis est, à nobis postulat non solùm exteriore actiones, sed affectus interioris pectoris. Postulat etiā à nobis, omnes divinas virtutes quām perfectissimas cum earū fructibus & actionibus à Diuino instinctu perfectis, & ad Dei gloriā pertinētibus. Ego autē tunc temporis (quē admodū & tu olim & reliqui, qui adhuc iustitiae spiritum nequaquam acceperunt) terrestris cū essē, & insuper peccato mācipatus; non poteram legis agnoscere dignitatem, sanitatem,

& uitatem, & excellentiam; tantum abest, vt
vellem meum collum eius iugo submitte-
re: ut ad eius præscriptum tum meum ani-
mum, tum omnes meas actiones compo-
nerem.

R. Sanè hoc ego sibi sum expertus; comperiebamq;
nequaquam esse in mea potestate, non solum toto pe-
ctore Deum amare, summa ei fidem habere, ab eo
omnia sperare, alios diligere, (præsertim inimicos
summa prosequi charitate, idq; Diuinae tantum glo-
riæ gratia) omnibus Christianis virtutibus esse prædi-
tū, quām fieri potest perfectissimis (sicut me obstrin-
git iusta sanctaq; Dei lex) sed ne animi quidem affe-
ctionibus moderari. Ut in pauca conseram, ego profe-
ctò ita sentio, me absque Dei beneficio, & spiritu in-
sticie, non posse non meipsum & res humanas immo-
dicè amare, non posse Deum supra omnem rerum na-
turam, nedum toto pectore diligere: neq; possum ini-
micis ex animo reconciliari, vt interim taceam, quod,
quoniam terrestris sum, & peccati seruus atque cu-
piditatum; quætyrannice in me regnantes dominan-
tur, & me pro sua effrenata libidine agitant, neque
eis ipse per me resistere queo, neque sine diuina gratia
peccato penitus valedicere.

P. Ista tu quidem satis modestè; at ego de te
meliora spero: interea tuam istam accusa-
tionem lubens audio: nam expertus sanè
loqueris, & ex tuis verbis coniicio, diligē-
tissimum te fuisse cui ipsius exploratorem.
Istam

Istam enim peccati tyrannidem nequaquam
omnes sentiunt. Sed ego pergam enarrare
in me ipso, quid renascētibus accidere so-
leat. Certe quid agerem; non noueram. 15.
multa etiam nunc facio, quæ mea non a-
gnosco: non enim, quod volo, bonum fa-
cio. sed, quod odi, malum non raro perpe-
tro. Vnde ad hunc modum de anteactis pe- 16.
ticulis apud meipsum concludo: Si, quod
nolo hoc facio: certè quod lex prohibet, id
ut iniustum odi, & mihi displicet; placet
autem animo meo quod lex præcipit. Men-
te igitur legi consentio, ut rei bona, eam
que ut iustam probo, ut cunque sim terre-
nus. Quare si contra facio, non ego id fa- 17.
cio, sed peccatum, quod in me inest. Exu-
perat enim in me vitirositas, cuius ego sum
captivus; meque ad id faciendum abripit,
quod facere nolle.

R. Ex hac tuatione, Paule, pristiniq; status con-
fessione, video nunc duo esse hominum genera. Alij
plane exleges sunt, & qui peccato semper morem ge-
rentes, peccari tamen aucteos minimè sentiunt. Sunt
rursus alijs, nestio quid Diuinis seminis intra seipso
habentes, qui quamuis peccent, & nonnunquam pec-
cati affectibus obtemperent, interea tamen id veluti
in iusto & repugnante mentis iudicio faciant. Sed ut
ego quidem arbitror, nequaquam excusationem ha-
bent in Dei conspectu ij postremi, quamvis terrestres.

Nam

Nam voluntas illa mentisq; propensio, qua ad bonum
adspirat, adeo debilis est & languida, vt ipsi interea,
toti se à suis effrenis appetitibus duci sinant; cum cō-
tra ita efficax, potens, intenta, constansq; esse debeat,
vt renitur peccato regnare volenti: & superior in
lucta euadat.

P. Bene iudicas: Nam voluntatis propensio
peccatum facit; neque peccatum est, quod
contra voluntatem peccantis fit. Ego au-
tem scio, certoque affirmare possum, ho-
mines illos (vti proprijs experimētis olim
didici) ad eum, quem dicebas modum, vo-
lentes à sua cupiditate duci. Noui enim in
illis, vti quondam in me; id est, in mea car-
ne non inesse bonum, sed vitiositatem po-
tiūs, me ad malum incitantem, regnum-
que in me affectantem.

R. In homine quidem carnali, in quo lex mariti fan-
gitur officio. Sed nequaquam inficiaris aliquid inesse
boni ob diuini seminis presentiam, quod suas adhuc
vires sine spiritu iustitiae exercere non potest. Nam aut
ego prorsus fallor, aut inest in illis hominibus (de qui-
bus postremo mentionē faciebam) aliqua Diuina vo-
luntatis cognitio: insunt etiam certe laudabilitiū cupi-
ditatum, & voluntatū scintillæ; quāuis hæc in carne,
sunt tantum, suarumq; voluptatū studiosa, non insunt.

P. Vide, vt ista bene intelligas; ne fortassis
diuersos hominis status confundassaut di-
uinę legi per incogitantiā tribuas, id quod
citra

extra magnam æterni Numinis initriam,
nequaquam tribui potest: nam vt in mei-
ipsius persona ista explanabam, inest qui-
dem in me ad bonum voluntas, sed qua via
id faciam, non inuenio. Impeditor enim à
carne, & à dominante in me peccato, & ad
malum ab ripior: ita vt non quod volo, bo-
num faciam; sed quod nolo malum, hoc
faciam. Quare si facio quod nolo, iam non ^{19.}
ego id facio, sed peccatum, quod in me in-
est. Quod quidem mihi ita asperè imperat ^{20.}
(absente Diuini Spiritus virtute & ener-
gia, qua victoria obtinetur) vt cogar id fa-
cere, à quo mea ratio, diuina lege illustra-
ta, abhorret. Igitur dum recte facere volo, ^{21.}
neque possum tamen, comperio & expe-
rior per legem, dum ea quidē in me quod
suum est præstat, malum in me inesse (in
me, inquam, cùm sum terrestris, ad eam-
que obeundam imbecillis atq; impotens)
non autem in lege. Nam, vt planissimè ani- ^{22.}
mi mei sensa exprimam, delector lege Dei,
quod ad interiorem hominem pertinet,
id est, quod ad rationem, diuina lege illu-
stratam, attinet, mihi placet, meque de-
lectat Dei lex, eam vt iustum probo, cum
easentio, vellemque ei parere. Sed ex ad- ^{23.}
verso video, sentio, experiorque in mem-
bris meis, & in animi mei sensibus, vir-
tutibus

24. *tutibus atque viribus aliam legem mentis
meę legi contrariam atque repugnantem.
Cūm enim iusta sancta que mentis lege,
quid æquum sit, videam, probem, & hono-
delecter, idque facere velim; improba in-
terim corporis lege persuadeor, pellicior-
que ad contraria. Eaque lex me captiuum
tradit legi peccati. Adeò ut sæpè exclama-
re sim coactus: Miserum me, quis me libe-
ret à corpore mortis huius? Ecquis me li-
beret à peccati corpore, atque mole mee e-
necante? A tyrannide, inquam, mearum
effrenatarum cupiditatum, & regnantis
in hoc meo misero corpore peccati, quod
me ad mortem perducit, quis in liberta-
tem adseret? Hæ solent renascentium esse
querimoniae.*

R. *O Paule, vix dici potest, quot quātis q̄ modis hac tua
oratio longè exercitatissimi militis in hac pugna spi-
rituali me commoueat; ac tantum nō lachrimas ex-
cutiat. Nam verba hæc tua in memoriā mibi re-
ducunt pristinam illam meā conditionem, & stra-
tum; quo planè intellexi, admodū imbecilles esse vi-
res nostras, ad obtinendam victoriam in hoc certami-
ne, nisi adsit ipse Christus coeternalis Dei Sermo, qui
suo Spiritu nos armet, & contra tantam hostis ty-
rannidem victores faciat.*

25. P. *Idcirco gratias ago Deo meo, à quo sum
à tam milera peccati seruitute liberatus;
per*

per IESVM CHRISTVM Dominum nostrum. Nam (ut duobus verbis concludam) ni ipse in me suas exerat vires, certamen pro me suscipiat, vincat & triumphet; acutum est de me. Ego quidem interea mente legi Dei seruo; carne autem legi peccati, me in certamine superare conantis.

Adèò planè atq[ue] perspicuè in tua ipsius persona explanasti, quanta sit dignitas & sanctitas Diuina legis, & quam diuersis officiis fungi soleat erga hominē, quoisque in Christo verè ac perfectè renascatur: ut ex isto tuo colloquio iam intelligam huius Epistolæ non postremam difficultatem, quæ versatur in cognitione illorum munerum, quibus Diuina lex erga hominem vtitur. Nunc, si placet, de tertio statu hominis, nempe iustificati & sanctificati differamus. Ac primū, obsecro, mihi dilucidius explana, qualis sit renatorum conditio: Deinde quibus notis poterit pietatis studiosus certior reddi de sua renascentia.

Quemadmodū in consideratione primi & secundi status hominis (irrenati, inquam, & renascentis) meo ipsius exemplo usus sum: ita in hoc tertio nostræ partitionis membro declarando, adducam mea propria experimenta; veluti exemplar, in quo renati hominis imago representetur. Quod ad primam interrogacionis tuę partem attinget, sancè præstissima est iustificatorum & renatorum conditio atque dignitas, vt-

1. potè quieveteri Adamo mortui, nouoque
Adamo CHRISTO insiti, nulli iam damnationi obnoxij sint. Nam qui fieri potest, vt
caput nostrum CHRISTVS sua ipsius membra exitio deuoueat? Hinc etiam alteri tuç
interrogationis parti responsum colligi potest. Tanta enim est CHRISTI efficacia
tas in animis verè renatorum, vt eorum vi-
ta sanctimoniaz sit cōsecreata. Vnde aliquo
pacto fiunt certiores de præsentia C H R I-
S T I in eis inhabitantis. Sed de his plura
infrà dicenda veniūt. Nunc autem vt pro-
prio experimento, veluti argumento vtat,
ratio horum præstantissimorū effectorum
in animo meo hæc est: quod lex spiritus vi-
uifici in C H R I S T O I E S V , liberauit me à
lege peccati & mortis; adeò vt fidicidono,
diuinique Spiritus testimonio, à damnationis metu me sentiam liberatum. Idi-
psum etiam contigisse existimo omnibus
verè C H R I S T I membris.

R. Discutiamus, precor, Paule, primam mea qua-
stionis partem, & dilucidius mihi explica diuinij Nu-
minis consilium, agendiq, rationem in nostra insti-
cationis negotio; exclusa legis iustitia.

3. P. Paucis accipe totius rei summam. Lex
quidem, veræ sanctimoniaz norma, fuit à
Deo lata: sed fieri non poterat à lege, cùm
naturali in animis nostris impressa, tam
per

per Mosem enucleata, videlicet ut à peccato & morte liberaremur, & insontes redderemur; quod ea esset infirma, debilis, & impotens, non suapte natura illa quidem; sed propter nostram carnem (sumus enim carnales, eiisque repugnamus, & cōtra eam reluctamur) id, inquam, Deus, misso suo ipsius filio in carne nocentum simili, effecit. Nam peccatum peccati reū fecit, & condemnauit in carne filij sui; eo- que pacto peccatum deleuit, expiauit, atque aboleuit: idque in eum finem, ut legis iustitia in nobis creditibus efficiatur; atque impleatur id, quod lex ipsa requirit.
 Impleatur, inquam, in nobis iam renatis, qui non immoderatæ carnis vitiositati, libidinibus, cupiditatibus paremus, sed sacro spiritus afflatui obtemperamus. Vnde prouenit, ut nostræ actiones Deo sint gratae; quamuis diuinæ legi, alioqui summam puritatem exigenti, numeris omnibus nequaquam respondeant.

Si ista vera sunt quæ dicas, Paule, ut verissima ego esse reor, pauci mea quidem sententia hodie sunt iu- stificati & sanctificati. Nam peregrinus est nume- rus illorum, qui de vita nouitate cogitent, aut de Di- uina voluntatis obedientia sint solliciti; multò etiam minus qui natuæ & acquisitæ vitiositati bellum in- dicere sat agant.

5. P. Atqui mihi crede, frater charissime; quā-
dia homines à carne stabunt, quæ carnis
sunt curabunt, in ipsisque peccatum ty-
rannidem suam exercebit. Contrà verò,
qui à spiritu fuerint, spirituales erunt. Et
quia in eis spiritus Dei regnat, cordietiam
ipsis erunt spiritualia: ut pote quorum stu-
dia omnia & conatus à Diuino spiritu diri-
gantur, atque idcirco ad Dei gloriam ten-
tand: quod carni morem gerentibus con-
tingere minimè potest: quin potius suis
sceleribus & malefactis diuini Numinis
indignationem, atque adeò nunquam fi-
niendum interitum sibi meti ipsi acqui-
runt.

R. Miserrimam omnino impiorum conditionem mibi
narras. Sed cur carnis studio & obedientia tantum
mali adscribis?

6. P. Quia studium, conatus, appetitus, adeo-
que voluntas mortifera est: vel (ut rectius
dicam) ipsa mors: ut pote quæ contraria sit
Deo; qui vita est nostra. Ex aduerso autem,
spiritus studium, affectus atque prudentia
ipissima vita est & pax. Quod si quæras ra-
tionem, in promptu est. Carnis enim fa-
pientia est inimicitia aduersus Deum: de
quo cùm pessimè sentiat, eum pro infen-
tissimo aduersario ducat, eumque veluti
cruelissimum tortorem consideret: qui
fieri

sieri potest, ut se illius curæ aut prouiden-
tiæ committere velit? multò certè minus
de Dei voluntate aut preceptis Diuinæ le-
gis adimplendis curabit. Nam quomodo
tangetur studio parendi illius nutui, quem
sibi inimicum credit? Hęc, vt ego arbitror,
ratio est, ob quam legi Dei caro neque pa-
ret, neq; parere quidem potest; quamdiu
nihil aliud quam caro fuerit. Hinc etiam 8.
est, quodd qui pro carnis arbitrio viuunt;
Deo placere nequeant.

*O miseros nos ter atque amplius! qui huius corporis
mole circundati, perpetuam luctam cum infida car-
nis nostræ prudentia exercere cogimur,*

Bono animo es. Lucta hæc coronam vo- 9.
bis potius parere poterit, quam interitum
& damnationē. Nam vos (sic enim de cre-
dentiibus in CHRISTUM cogitare me do-
cet charitas) vos, inquam, fide CHRISTO
insiti estis, vt veri & fructiferi surculi: iu-
stificati, inquam, estis & renati; ac proinde
non iam carnales, sed spirituales estis; si-
quidem Dei spiritus in vobis inest.

Hoc opus, hic labor est, Paule.

Sanè si quis vestrū spiritu CHRISTI
prædictus non est, is illius nō est. Vide quid
dicam, non est, inquam, CHRISTI; non est
eius membrum; non eius frater; non cum
illo hæres æternæ felicitatis.

R. Ego id ex animo credo. Sed hoc apud me cogitabam,
quod quā plurimi hodie sint, qui de accepto diuino
Spiritu gloriantur, quorum vita tamen longissimè à
C H R I S T I sanctimonia, & purissimo vita exemplo
abstinet. Idcirco, ut mihi dicas, oro, quibus notis po-
tero dignoscere eos, qui reuera spiritum Dei habent.
Nam hoc etiam mihi proderit, ut sancti spiritus pre-
sentiam in meipso agnoscam: nedium ut de alijs que-
am iudicare.

P. Sit hæc alteri tuæ interrogationis parti
responsio; diligenterque memorię manda
vera & certissima regenerationis indicia;
quorum alterum versatur in vita & mor-
te; alterum vero in internis motibus Diui-
ni spiritus.

R. In morte & vita, inquis? quid hoc dictu est?

10. P. Audi, & intelliges. Si Christus eiusque
spiritus in vobis est; vetustus homo, hoc
est, caro, mortua est, quod attinet ad peccatum,
& immoderatas atque intemperatas
scelerum actiones. Atque hæc est mors
veteris hominis; quo extincto, ex aduerso
spiritus regnat; imperium in hominem
exercet; vitaque fruitur, quod attinet ad
iustitiam.

R. Egregia sane renascentia nota. Nam spiritus Chri-
sti, cui insiti sumus, non solum nobis vitam dat, dum
ad Deum, vitam nostram, adeundum, ut equum est,
nos afflat: sed etiam ille ipse nostra est spiritualis vita.
Ceterum

Ceterum ut ingenuè tibi fatear, Paule, meas hac de
recognitiones, nescio an dicam melius, tentationes,
sepius ego intuitus meam vitiositatem, peccatiq; ty-
rannidem, dubitavi de spiritus in nobis potentia; &
an eius efficacitas perimat veterem Adamum, pessi-
mèq; arboris radices conuellat. Atque huiuscmodi
cognitionibus anxius, & (ut vera dicam) diffidens,
ac desperans de victoria contra carnem obtainenda,
succumbere non raro soleo.

P. Periculosa sunt dubitationes istæ, de di-
uini spiritus virtute. Arbitraris ne tu ma-
iore esse peccati tyrannidem, quam Spi-
ritus sancti potentiam, efficacitatem, vir-
tutemque energeticam? Atqui hoc pro ^{ii.}
certo habetote, quotquot iustificati & san-
ctificati estis, si spiritus eius, qui Christum
à mortuis excitauit, in vobis est: eundem
illum, qui Christum à mortuis excitauit,
vestra quoque mortalia corpora in vitam
renascentia dignam reuocaturū; per suum
in vobis inhabitantem spiritum. Quam- ^{ix.}
obrem hoc, precor, vos omnes alta mente
repónite; quotquot Christo nomen dedi-
mus, nos, inquam, iustificatos, sanctifica-
tos, renatos, & Christi spiritu donatos, o-
mnino debitores esse; non carni, ut ad car-
nis arbitriū viuam^o, eiusq; vitiositati obté-
perem^o; sed debitores potius spiritui esse;
ut ei morē gerere in omnibus studeamus.

R. Est ne tantum periculum in huius rei ignoracione
& omissione?

13. P. Est sanè, & longè omnium maximum.
Nam si ad arbitrium carnis vixeritis; futu-
rum est, ut tādem moriamini; hoc est, pau-
latim peccati tabe gratia Diuina in vestris
animis contabescat; C H R I S T I que bene-
ficio priuemini. At si spiritu carnis actio-
nes, opera, studia, desideria, conatus deni-
que extinxeritis; eius cupiditatibus repu-
gnantes; proculdubio viuetis; in accepta
vita spirituali perseuerabis Christi bene-
ficio; qui fidelium vita est, & in quorum z-
nimis spiritus viuificus suas exercit vires.

R. Siccine quis rem se habere? Deinceps meipsum (va-
ledictis huiuscmodi dubitationibus) measq; actiones
diligentius explorabo; neque tam patulas aures pre-
bebo ijs, qui spiritus sancti efficacitatem eleuant &
imminuunt. Qui etiam (ut doctrina moribus respon-
deat) non raro ostentare solent Diuini spiritus pre-
sentiam in eorum cordibus, qui peccatorum & flagi-
tiorum sordibus sunt immersi.

14. P. Alijs relictis, tu macte esto virtute, istam-
que regulam in te ipso explorando obser-
uato: Quotquot aguntur, mouentur, re-
gunturque non suis effrenatis libidinibus,
sed Dei spiritu; iij sunt filii Dei. Et mihi cre-
de, qui huius Diuinae filiationis certior fa-
ctus non est; neque renatus dici potest,
neque

neque legis & propriæ conscientiæ accusationibus vñquā satis faciet. Vt pote quæ omnibus numeris absolutam, perfectissimamq; iustitiam à nobis exigat. Ad quam præstandam impares sumus, ni sancti spiritus virtus id in nobis operetur atque adimpleat; id quod ille ipse à nobis in lege exigit.

R. Perdifficile sanè est, Diuinæ legis obseruationi perpetuò incumbere; tanta præsertim nostræ carni virtuositate circumuallatis, cui legis Diuinæ puritas planè contraria est.

P. Quid nobis est negotij cum lege nunc, 15.
aut cum eius condemnatione? Nam vos
CHRISTO insiti, eiusque spiritu prædicti,
non accepistis denudâ seruilem metus spi-
ritum, vt cum lege (sicuti olim) rationem
haberetis: sed accepistis spiritum adoptio-
nis filiorum DEI; spiritum, inquam, Diuinæ
libertatis & amoris; per quem tantam
DEI bonitatem percipimus, vt non solum
eum inuocemus; sed intima familiaritate,
confidentiaque, & amoris impetu, tan-
quam ad patrem nostrum clamemus. Qui
autem habet hunc adoptionis spiritum,
non vt mercenarius, præmij spe aut pœnæ
metu legis obseruantiaæ incumbit; sed vt
filius lubens, Diuinæ voluntati obtempe-
rare atque obsequi conabitur.

R. Arbitror nos nequaquam posse tam tutò, tam fidenter, tam suauiter patrem nominare, nisi Dei afflāte nos spiritu; cuius testimonium est certissimum; utpote omnibus humanis testimoniorum maius. Sed quae sunt, obsecro, aliæ non & nostræ regenerationis?

16. P. Motus etiam Diuini spiritus erunt, non incerta indicia nostræ in Christo renascitiae. Nam ipse Dei spiritus penitus spiritui nostro testatur, nos esse Dei liberos, gratia & adoptione; utpote qui per eundem spiritum in Christo simus participes Divinæ naturæ.

R. Magnam dignitatem mihi narras.

17. P. Est sanè. Et si liberi sumus, etiam hæredes erimus; quod fateri necesse est: hæredes quidem Dei, quippe eius filij; cohæredes autem Christi; quippe eius fratres.

R. Qui huiuscmodi testimonium in se habet, is sanè minimè vacillat, neque pendet animo. Sed quos alios motus inter nos requiris in regenitis?

P. Ut cognoscant se vera esse membra Christi; atq; hac meditatione armati ingrediantur crucis viam. Nam si Christum optuit pati, atq; ita intrare in gloriam suam; consentaneum etiam est, ut membrorum refugiant capitum conditionem. Præsertim si considerent, quot quantæque commoditates inde nobis proueniant.

R. Quenam, precor?

P. Pri-

- P. Prima est, quod si cum Christo patia-
mur, cum Christo etiam regnabimus.
- R. Dulcissima quidem est promissio, sed aspera est via
ad eam consequendam.
- P. Atqui ego censeo, ea quæ hoc tempore, 18.
patimur aduersa, non esse paria, æquipar-
randæ gloriæ nobis olim præstandæ.
- R. Infelix profectio humanae naturæ conditio. Solus
enim homo experitur aruminas, atque molestias; so-
lus omnia perserit, solus gemit, solus denique angitur,
& contabescit.
- P. Indò, si hanc vniuersi machinam atten- 19.
tè contempleris, videbis omnium rerum
naturam. etiam insensibilium, summo an-
xio, vehementiisque desiderio expectare
Dei liberorum patefactionem; cum quia
nobis maximè cognata, absolutam perfe-
ctamque gloriam nostram desiderat: tum
quia illo die instaurabitur ipsa quoque;
sicutque immortalis.
- R. Qui sic?
- P. Quia vanitati subiecta est rerum natura, 20.
& corruptioni: non volens illa quidem
(hoc enim est contra naturalem eius ap-
petitum) sed propter eum, à quo ita sub-
iecta est interitui. Deus enim ad ser-
uitium nostrum sustinet eam interire;
spe tamen euadendi multò pulchriorem,
& mi-

21. & minus obnoxiam interitui. Alioqui fru-
strà ei ingenitum esset perpetui status de-
siderium. Liberabitur itaque ipsa quoque
ab interitus seruitute, fieri q; adeò immor-
talis, similiq; utetur libertate, in eo quod
erit ab interitu libera, cùm apparuerit glo-
ria filiorum Dei. Scimus enim, vt omnis
rerum vniuersitas hactenus nobiscum in-
gemat, & doleat, itidem factura ad diem
iudicij. Non est ergò quod conqueramur,
quasi soli ærumnas perferamus.

R. Misera certè est piorum conditio, quamvis suarum
afflictionum comites habeant res omnes creatas.

P. Imò habent etiam fideles ipsos pietatis
coryphæos; neque tantum participes hu-
ius crucis, verùm etiam antesignanos. Nò
enim solùm ipsa rerum natura, homine in-
ferior, patitur, tolerat: sed & nos Apostoli,
qui primitias spiritus habemus, idq; ma-
gna copia; & tamen ita laboribus premi-
mur; vt penitus gemamus, Dei liberorum
adoptionem expectantes; videlicet dum
ea aperte præstetur; vt in altera vita futu-
rum est; corporisque etiam nostri libera-
monem ab interitu, quod futurum est, cùm
resurgentemus.

R. Etiámne vos summi enunciatores Euangeli obno-
xijs estis perpessionibus?

P. An

p. An non vides me in istum carcerem Eu-
angelij causa coniectum? Neque est quod
offendaris, aut mireris: non enim adhuc in
nostræ felicitatis possessionem venimus,
nisi spe. Spe enim nunc solummodo salui 24.
sumus. Verum cum erimus in illa sempi-
terna felicitate, non iam per fidem, sed co-
rām aperte Deum videbimus; tunc & la-
boribus & spe carebimus. Nam spes quæ
cernitur, spes non est. Est enim spes boni
absentis, quod desideratur: qui autem fieri
potest, ut quis quod cernit & habet, id spe-
ret? Si igitur, quod non cernimus, id spera- 25.
mus: fatidum est, nos nisi per fidem, non
dum re ipsa possessionem tenere; sed per
patientiam expectare: quæ quidem spes
nos fouet.

R. Ut verum fatear, aduersa hac, quæ Christiani no-
minis professores perpetiuntur, nostris viribus mai-
oramhi videntur: itaque ferri a nobis vix posse arbi-
tror.

P. Habes huic imbecillitati presentissimum, 26.
paratissimumque remedium. Nam spiri-
tus imbecillitati nostræ subuenit, potissi-
mum in petendo & impetrando a Deo pa-
tientiae & æquanimitatis dono. Nos enī
quamuis renati simus, atque spiritu Chri-
sti donati, cum in modum, cum affligimur;
ærumnis opprimimur; ut precari; sicut
fieri

fieri debet, nesciamus. Sed ipse spiritus precatur pro nobis gemitibus ineffabilibus.

R. Arbitror, te spiritus nomine intelligere partem illam, que in nobis per Christum renouata, ad Dei gloriam nititur. Nam ex ea proficiuntur, per Spiritus sancti operationem, in nobis certa quedam intima & occulta Dei gloriae cupiditas; qua apud Deum supplicationis munus obicitur; atque idcirco verum est, spiritum hactenatione pro nobis precari; tametsi id nonnunquam minime animaduertamus.

P. Satis hoc est, quod qui animos scrutatur Deus, nouit, & approbat studium occultum spiritus nostri; qui pro sanctis, verisq; Christi membris ad Dei nuum precatur.

R. Prastantissima sane piorum consolatio, cum intellegunt, suam salutem ab huius mundi aduersitatibus impediri, aut retardari nequaquam posse.

28. P. Imò Deū amātibus omnia cedūt ad bonū; siue prospera illis contingat; siue aduersa.

R. Excellentissimum meritum mibi narras eorum; qui diuinum Numen amore prosequuntur.

P. Faceſſat meriti humani mentio in Dino-
no cōſpectu. Dei enim gratia sumus, quic-
quid sumus; ex cuius propoſito atque de-
creto aeterno atque irreuocabili, euocati
ſunt, quotquot Christi spiritu afflati Deū
redamāt. Nam, ut ſcias, quos Deus præno-
uit, eos etiam destinauit conſimiles fore
imagi-

imaginis filij sui: ut ipse Christus sit primo-
genitus, princeps & caput in multis fratri-
bus. Hinc fides in Deum, hinc amor versus
Deum, hinc spes æternæ vitæ, hinc deni-
que æquanimitas, tolerantia, alacris etiam
patientia electorum in aduersis.

R. Nunc planè intelligo causam, ob quam multi resi-
liant à Christiana disciplina; crucis horrore scilicet
perterriti; ad finem usq; perseverare nolunt.

P. Rem acutetigisti. Nam quos Deus ad eū ^{go.}
quem diximus modum destinavit, eos etiā
diuinitus vocauit. Quos autē ita vocauit,
eos etiam insontes, non solum eis peccata
nō imputando, patrata scelera remittēdo,
& condonando, eorumque iniquitates te-
gendo, reddidit; verūm etiam spiritum iu-
stitiae eis impariendo; eos sibi amicos &
filios asciuit; virtutibus & muneribus spi-
ritualibus ornauit. Quos autem hoc pacto
reddidit iustos & insontes: eosdem etiam
gloria affecit: in hac quidem vita, spe fa-
cta; in altera vero re ipsa affecturus.

R. Magna profectò rapior admiratione, cum te hisce
derebus differentem audio. Nam ad hanc quid dicere
possimus? quid obīcere valet carnis nostra pruden-
tia, vel (ut rectius dicam) diffidentia? Si enim Deus à ^{31.}
nobis est, qui nos eligit, vocat, iustificat, & glorificat:
quis erit contra nos? quis nos poterit à salute vel in-
tercludere, vel remorari?

P. Ne-

32. P. Nemo reuera, pr̄esertim cūm Deus tattoperē nos amārit, vt suo ipsius filio non peperc̄erit: sed pro nobis omnibus in crūcem dederit. Cumq̄ue h̄æc ita se habeant, mi frater, quomodo non cum eo cætera omnia nobis donabit? qui enim fieri potest, vt qui pr̄æcipua largitur, etiam addlamenta non largiatur?

R. Planissimæ sunt hætuæ ratiocinationes, Paule, solatijq; plenissimæ. Ex iis enim liquet, verum esse illud tuum pronunciatum: quo asseris, nulli esse damnationi obnoxios verè in Christum insitos.

33. P. Quis erit qui electos, absoluente Deo omnium potentissimo Iudice, patreque

34. amantissimo, accuseret? Quis erit qui nos cōdemnet, postquam Christus Iesus mortuus est pro nobis, nostraq;que peccata expiavit, & insuper de morte, de q;ue peccato triumphans, nobis innocentiam conferens, reuixit, & cōscenso cœlo, Deo dextera assidet, plenissima potestate præditus;

35. nobisq;que patrocinatur? Quis nos diuellet ab amore Dei? Quis, inquam, efficiet, vt dubitemus, aut non credamus à Deo nos

Pſa. 43.23.
36. amari, atque ea infidelitate præoccupatis, cum non amemus ipsi: aduersæ ne res hac efficere potuerunt? An angustia? an vexatio? an famæ? an nuditas? an periculum? an gladius? Nihil ad hæc respōdes, mi frater? An non

An non vides in nobis, quod literis proditum est, adimpleri, vereque nos posse dicere, quod maiores nostri coram Deo clamabant? nos quotidie, quemadmodum & priores, nec i dedi, Dei nostri causa; ac proinde uti oves lanienæ destinatas habet; neque propterea fide aut amore caret. Imò in omnibus tum his, tum cæteris 37.

aduersis, superiores euadimus; idque facimus, non nostropte ingenio, non viribus nostris freti, aut virtutis nostræ aut meriti opinione inflati: sed pereum qui mera sua bonitate, gratia, atque fauore nos in Christo suo amat, atque defendit.

R. Hæc veræ fiduciae argumenta adeò commouent animum meum, ut posthac ne pili quidem sim facturus nostrorum imperatorum, vel (ut rectius dicam) tyrannorum comminationes, & terriculamenta; ut potest quorum potētia in corpus sauire possit; animum autem à fide atq; amore Dei diuellere minimè queat.

P. Ego, ut huic iustificationis tractatuit tan- 38.

dem finem imponam; sic mihi persuadeo; nos renatos & CHRISTO insitos, neque à morte, neque à vita, à nulla deniq; re, quæ nobis vel morientibus, vel viuētibus possit contingere, superari, certus, in quam, sum, neque angelos, neq; principatus, neque potestates, neque res præsentes, neque inque futuras, neque res excelsas, neque in-

H fimas,

fimas, neque aliud quidpiam eorum quæ sunt in rerum natura, posse nos diuellere à Dei amore; qui est in CHRISTO IESU DOMINO nostro. Tantum abest, ut tyranno- rum vel crudelissima tormenta à CHRISTI professione nos queant abducere.

R. Extua ista oratione, Paule, non solum amorem, quo Deus nos prosequitur, sed eius etiam constantiam, firmitatem, atque stabilitatem compertam, exploratamq; habeo; ut certus sim, nullare effici posse, ut Deus nos in CHRISTO IESU, sicut eius membra non amet; & ipse vicissim à nobis semper a mandus sit. Verum enim uero ut ex proposita methodo perspicio, adhuc egisti de Christiana iustitia, planeq; ostendisti, neque Gentes in fontes posse reddi obseruatione legis naturæ neque Iudeos operibus legis scriptis cum neuter populus omnibus numeris absoluuerit Diuina voluntatis precepta, qua sumnum obseruationis apicem efflagitant. Atque idcirco nobis proponitur praesentissimum remedium per Euangelij predicationem: ut credentes in CHRISTUM isti simus: atque eius spiritu prediti, debit is obediencia officijs summa ope incumbamus; ut tandem cum CHRISTO, credentium capite, aeterna felicitate potiamur. Sed nunc superest maxima tua Epistola difficultas. Nam si fidei iustificatur homo, & Christus ad credentes tantum pertinet; profectò reiectum est semen Abraha. Nam ut tute vides: paucissimi ex Abraham semine Christi doctrinam recipiunt. Hinc fit, ut qui-

vt quidam non obscurè dicitent, Iesum hunc Nazarenum nō esse verum Messiam, populo Israëlitico promissum: Alij vero afferunt, verum illum quidem esse Messiam, sed Deum suis promissis minimè stetisse; satque prout illi lubitū est, populum suum reieciisse. Cū autem horum neutrum verum sit, vt ego quidem arbitror, cupio abs te intelligere huius tractatus difficultates scui titulum dabas, de electione seu vocazione Gentium; & Iudaorum reiectione.

Quod attinet ad meorū popularium relectionē, vel (vt rectius dicam) infidentiā, non possum absq; animi mōrōre orationem habere. Nam verum dico in Christo, 1. non mentior, testante mēcum conscientia Act. 9.1. mea per sanctum Spiritū, magno me animi 1. Cor. 15.7. dolore & irremisso cruciatu affici, Iudæo- 2. tum cæcitatem, perniciemq; cogitantē & intuentem. Optarim enim ipse à Christo 3. ab alienari p̄ meis fratribus, mihi quod ad humanā naturam pertinet, cognatis: Tāto sos, tamq; ardēti & syncero amore cōplector. Sunt enim Israelitæ ex segregato, & 4. electo Dei populo orti, quorū est adoptio Sup. 2.18. & p̄actiones, quibus data lex est & cultus; Eph. 2.12. quibus dicata sunt promissa: quo rū deniq; 5. patres sunt à qbus ortus est Christus, qd ad humanā quidem naturam pertinet. Nam quatenus est coæternalis Dei sermo, Deus est ante omnia laudādus in sempiternum.

H 2 Amen.

Amen. Hic est verus Messias, verus seruator, verus Dei atque hominum mediator, et vel in uitis inferiorum potestatis. Quare non est, quod aliquis in dubium voceret, si ne Jesus Nazarenus verus Messias; Israëlis promissus. Quod autem dicis, alios esse, qui Deum inconstantiae insimulent, sa- nè doleo; nam hic error exignoratione di- uini decreti oritur; quo semel sancitum in Divina mente, solos credentes seruan- dos. Et quod Iudæi arbitrantur, hanc pro- missionem ad se tātūm pertinere, toto (vt duci solet) errant cœlo. Neque tamen illo- rum infidélia Deum insimulare potest in- constantiae, quasi eius dictum exciderit; quia non omnes qui carnali propagatione ab Israële orti sunt, veri & electi Israëlitæ.

6. *Sup. 2. 16.*

7. *Gen. 21. 12.*

Heb. 11. 25.

ideo sunt omnes Abrahami progenies, genuini; hoc est, credentes & à credentiū patre oriundi. Sed ab Isaaco (inquit Deus ab Abrahamo) tua denominabitur progenies; quod perinde est, ac si diceret: Nequaquam Abrahami liberi vocabuntur, qui ex te per Ismaëlem carnis filium orientur, sed iij de- sum & veri tui liberi, Dei filij vocabūtur, qui per Isaacum, spiritus potius quā carnis filium, originem ducent. Vt numero dicam, non sunt veri Israëlitæ, quicunque corpo-

Caput IX.

117

corpoere sunt Abrahami filij; sed qui sunt
ex promissione filij; hi progenies haben- *GAL. 4. 28.*
tur Abrahami & Dei.

*Noua sane atq; insolens videtur Iudeis hac tua di-
uinorum promissionum interpretatio.*

Illorum profecto cæcitas huius erroris
causa est, non meæ interpretationis veri-
tas, quam ipsi nouitatis insimulant; cum
prophetarum vaticinia & conciones hoc
eterni Numinis decretum identidem do-
cuerint, & inculcauerint. Sed ne mei po-
pulares de mea interpretatione conque-
natur, diuini Numinis dicta accuratiùs in- *9.*

Promissionis autem verba hæc Gen. 18. 10.

*piciamus. Visam te (inquit Deus) hoc tempore,
abraham alloquens; meoque fauore
abebit Sarai filium; quamuis & ipsa steri-
& vterque atate sitis confecti. Itaque
Deū hoc Isaaci & Ismaëlis typo gra-
uitam suam electionem omnium credé-
num (sive Iudæi illi sint, sive Gentiles) e-
adumbrasse, atque ostendisse; vt eo
acto compertum faceret, se Deum esse
omnium & Iudæorum & Gentium; & æ-
ne suos electos ex utroque colligere po- *Ioan. 1. 12.**

loam. 3. 15.

*alio; non carnis propagatione, sed pro-
missionis fide & acceptione.*

19.

*qui Iudei arbitrantur, Ismaëlis & Ismaëlitarum
electionem aliam habere causam; nempe matris ge-
nituram.*

nituram. Nam, ut nosti, Hagar erat ancilla Aegyptia; Abrahami concubina, non primaria vxor: itaque eius partus non id iuris habebat, quod Sarai liberis concedebatur. Hac ob causam Isaacus & Isaci progenies, præstantiam atque dignitatem electi populi habuerunt. Ismael vero eiusque posteri reiecti sunt.

P. De legitimo matrimonio Hagatis & Abrahami nolo nunc disceptare, multò etiā minus de iure plis ex eo ortā: imò relicts haec quæstione, alterū exēplū, cui refraganū nequeunt illis opponā. Neq; enim in Sarai atq; Hagaris prole, tātummodò typus iste electorū & reiectancorū propositus est, diuiniq; Numinis ceterū decretū adūbratū, & quodāmodo referatū: sed etiā in Rebeca, cx uno Isaaco patre nostro, vtero feren- te geminos, Iacobum nempe & Esau. Nam eis nondum natis (& ideò neque bono, neq; malo vlio functis) vt Dei decretū ratum esset, ex eius gratuita electione, nulla habita ratione operum, aut meritorum; sed, vt vocantis fauor gratuitus appareret, atque permaneret: dictū fuit ipsi Rebeca cæ à Deo; maiorem seruiturum minori.

R. Memini legere Diuinum hoc responsum Rebeccam daturum in primo libro legis. Ibi enim narrat Moses, Rebeccam sterilem Iouam orasse precibus, & exortisse, vt conciperet: Sed cum fœtus in eius vtero conficitur, satius se mori ducebat, quam ita cruciari. Atq; idcirco

Ge. 25. 21.

10.

Ge. 25. 23.

11.

Ge. 25. 23.

Matt. 1. 2.

idcirco ad Iouæ oraculum percontandum adiit; à quo responsum hoc accepit: Due gentes sunt (inquit Iehoua) in ventre tuo; duoq; ex utero populi dividuntur; quorū alter altero plus poterit, minoriq; seruiet maior. Deinde, uti narrat Moses, ~~confecto~~ ad parendum tempore, ferebat in utero gemellos: quorum prior egreditur rufus totus, & villosi cetonis instar, cui nomen Iesaus impositū est. Deinde exiit eius frater, Esai calcē in manu tenens; is Iacobus nominatus est. Hanc esse, arbitror, Historia seriem: quā electionis Gētiūm & relectionis Iudeorum typum esse asseris. Quomodo autē haec fuerint adimpta, perlubenter ex te audiā.

Hoc intelliges ex vaticinio Malachiæ Prophetæ, cuius verba sunt hęc: Amo vos, Mal. 1.2.
ait Iehoua. Quod si quæratis, in quo vos amem; Nōnne Iacobi frater erat Iesaus? inquit Iehoua. Atqui Iacobum amavi, Esau 13.
autem odi; eiusq; montes in vastitate m. &
possessionē draconū, & solitudinē redegi.
Quod si decreverint Idumēi se, qui peruersati
sunt, diruta refecturos, sic dicit armi-
potens Iehoua: quod si construxerint, ego
euertā; vocabūturq; fines impietatis, & po-
pulus in quē Iehoua sicut, in perpetuū. Id
quod vos vestris oculis spectantes dicetis, ma-
gnificādū esse Iehouā per fines Istraelitarū.

Dura sane sententia, sed iustissima; ut ego quidem
arbitror; neq; solū in typo, sed etiā in antitypo. Hæc e-
cum diuini Numinis iudicii venerari potius oportet,

Ose. 13.

14.

Exo. 33.12.

quām curiosius perscrutari; estq; ratum atque fitum apud me, perniciem nostram à nobis esse salutem autem à Deo. Sed quia hic agimus Iacobitarum causam; qui suæ salutis proram (quod aiant) & pūpīm collocant in sua prosapia, in circumcisione, in operibus denique & meritis adimplete legis; eorum sane obiectionibus respondere oportet. Nam si populum Iudeorum semel electū Deus reijcit, ascitis Gentilibus, quemadmodum spretus est Esau; & minor natu Iacobus ad primogenituræ dignitatem electus est: profectò prosopolepsia ac personarum acceptio videtur esse apud Deum, ne dicam inconstantia. Quid ad hæc dicemus, Paule? concedemus ne Iudeis iniquitatem in Deo esse.

P. Procul hoc à Deo, vt sit iniquus: namq; Dei operum æquitas non à nobis, neque à nostris cogitationibus pendet. Sed vt oraculo Diuino istorum obstrepentium ora obtutemus, sciantq; Deum esse omnium gentium Deum; velleque omnes credentes seruari; vide quid respondeatur Mosi his verbis cum Deo agenti: Ecce tu (inquit) dicis ad me, duc populum istum; tu verò non ostendisti mihi, quem sis mecum missurus; & aīs me tibi nominatim esse notum, & apud te valere gratia; Ergo si apud te valeo gratia, doce me tuam viam, quò te cognoscam, vt apud te valeam gratia; simul etiam considera Gentem hanc tuum

R. *Tuum esse populum peculiarem, electum
est reliquis orbis nationibus.*

R. *Quasi Deus non sit omnium Deus, aut solis Israëli.
tuus sue clementiae atque bonitatis thesauros impertiri
decreuerit.*

P. *Audi reliqua:tum Iehoua:Ego met præ-
sens ibo vñā (inquit) teque quietum red-
dam. Et Moses: sanè nisi tu ipse præsens sis
iturus, mallem nos hinc minimè abduci.
Sed qua tandem ex re dijudicabimus, me
tuumque populum apud te valere gratia?
Nónne si nobiscum eas; vt ita ego, popu-
lusque tuus populos omnes, quos terra
sustinet, antecellamus?*

R. *Oter quaterq; miseras orbis omnes nationes, si ce-
teris reieclis, vnus tantummodo populus Iudeorum
Deo gratus fit.*

P. *Sine me peruenire quò volo. Iehoua au-
tem Mosi respondit, se iuxta eius postula-
tum facturum, populoque angelum mini-
mè ducem daturum, sed se potius sua præ-
sentia atque fauore introducturum popu-
lum in terram promissam.*

R. *Oravit ergo Moses, & exoravit.*

P. *Verum. Sed maiora etiam petere est au-
sus, cum dixit: Ostende mihi quæso, Ieho- Exo. 33.13.
ua, gloriam tuam atque splendorem.*

R. *Quid ad hæc Iehoua?*

P. *Ego (inquit) efficiam; ut coram te transfeat*

H s omne

Exo. 33.19.

15.

omne bonum meum; & exclamabo nomē
Iehouæ coram te: miserebor tamen cuius
miserebor, & visceribus commouebor,
super quem visceribus commouebor. Ne-
que vni populo addictus ero, sed totius
orbis curam habebo.

R. O clementissimum Numen, Deumq; in perpetuum
laudandum; qui sue misericordie viscera non vni po-
pulo aut nationi addicit, sed pro suo beneplacito de-
promit sue clementiae thesauros in eos quos vult, &
quandounque vult! Nunc planè intelligo sententiam
hanc Diuinae manifestationis referri debere ad loci
circumstantiam. Nam ex Mosis petitione comperta
euadit Diuini responsi explanatio.

P. Ex ista igitur diuini Numinis manifes-
tatione, ne dicam, definitione, colligere po-
teris, Deum non esse addictum solis Israë-
litis: neque illorum merita in causa esse, vt
populus Dei censeantur. Nam Diuina ele-
ctio atque vocatio non est volentis, neque
currentis; sed Dei potius miserentis.

R. Reuera ego sic credo; tantamq; spem concepi de crea-
toris nostri bonitate erga humanum genus, vt mi-
sererit velit non solum Iudeorum, verum etiam Sce-
tharum, Assyriorum, Aegyptiorum, aliarumq; gen-
tium, quæ orbis diuersas partes incolunt: modò ne ipsi
sua diffidentia, animoq; refractario, reijciant à secle-
mentissimi Numinis fauorem.

P. Recte sentis; atque hoc ipsum est quod
Scriptu-

Scriptura de sceleratissimo atque perfido
rege Ægypti (quem Ægyptij suo idiomate
Pharaonem vocant) prædicat: quem Deus,
vt pote crudelissimum & immorigerum,
his verbis alloquitur: In hoc ipsum excita- Exod. 9.16.
uite, ad Regium munus euexi, & adhuc vi- 17.
uum & incolumem seruavi, vt ostendam
in te potentiam meam; & vt annuncietur
nomen meum in toto terrarum orbe.

R. Iustissimum est Dei iudicium, quo fideles confirmat,
crudeles tyrannos occidat, refractarios indurat, ob-
duratis lucem detrahit; & quod maiori dignum est
admiratione, non solum eis vicitur: sed etiam eorum
erratis ad suam gloriam illustrandam. Tam est egre-
gius bonarum rerum artifex, vt prauis impiorum co-
natiibus sua sanctissima poroue hat consilia.

P. Vides ergo apud Deum nullum esse per-
sonarum, populorum, nationum, functio-
num denique aut dignitatum respectum,
in puniendis sceleribus ac peccatis: quin
potius, vt iustissimum decet iudicem, ma- 18.
lis mala, bonis bona rependere? Miseretur
ergo cuius vult: & aduerso autem indurat,
quem vult: neque est ullus mortalium, qui
cum eo possit iuste expostulare; multò et-
iam minus eum iniuitatis insimulare.

R. Hoc minimè concedent Iudei, qui arbitrantur so-
lis ipsis seruatam esse Diuinam clementiam, ad te-
gendas

gendas eorum iniquitates: reliquis autem orbis nationibus paratam esse ex aeterno Dei decreto occationem, confirmationem, cordis indurationem, existium denique aeternum. Sed quando semel coepi Iudeorum causam patrocinari, quæsto te, ut paucis mihi respondeas. Cur Deus succenset Israëlitis Euangelij doctrinam rei cipientibus? Nam si ipse ita vult, qui est qui eius voluntati possit resistere? Si, inquam, Iudeorum cœcitatem & insidilitatem fit, ut Deus illustreret suam gloriam, inter reliquias orbis nationes; quare exprobaret Iudaico populo suam dissidentiam atque duritatem?

P. Scio te alieno stomacho loqui; idcirco Iudeo obtrectanti potius respondebo, quam tibi; dicamque ista non in te, sed ad te. O homo, terra fili, vermis abiectione, si diuino careas fauore. Tu quis es, qui ex aduerso respōfas Deo? Si te ipsum inspicis, an non vides perniciem tuam ex teipso esse? Nam pro durius tua, & corde pœnitendi nescio, thesaurisasti tibi irā, et quod copiam benignitatis Dei & tolerantiae, ac lenitatis contempseris. Quod si, ut Iacobita loqueris, Iudaicique populi electionem virgeas, reducito in memoriam prisorum Prophetarum conciones, ipsisque patefacta oracula; quibus digni Numinis nataram, populique Israëlitici ventura supplicia ob oculos posuerūt. Nū dicet figuratum

tum fictori, ut Ieremiæ paradigmate utar,
car me ita fecisti? An non licet ei, ex sua ar-
gilla facere quod libet? An nō potestatem
habet figulus, ut ex eadem luti massa faciat ^{21.}
aliud vas ad honorem, ad usumque rerum ^{Sap. 15.9.}
odoriferarum, & delicatarum; aliud autē
ad ignominiam, & ad rerum sordidatum,
fætidarum, atque immūdarum usum? Sa-
nè, qui hoc negat, & figuli potestatem ne-
gat; & Dei potestatem mancam esse falsò
credit, in gubernandis & prouidendis
mortalium negotijs.

R. Absit hæc à piis impia persuasio. Verū menim uero,
magna me afficis leticia, dum mihi reducis in memo-
riam sanctissimam illam Ieremiæ concionem: cuius
verba memoriæ mandare voluis nec te (credo) pigebit,
Paule, si ea elucidande tua doctrinæ gratia recita-
uero.

P. Imo, ut hoc facias, rogo.

R. Age (inquit Iehoua) Ieremiam alloquens; descendit
in domum figuli, & ego illic mea dicta tibi enuncia-
bo. Igitur, ego digressus (inquit) in domum figuli, cum
offendi opus facientem in rotis. Cumq; in figuli manu ^{Ier. 18.6.}
corruptum esset vas, quod ex creta faciebat; iterauit,
& ex eo vas fecit aliud; ut ei visum est. Tum mecum
Iehoua sic verba fecit: scilicet ego non possum vobis fa-
cere, vi figulus iste; domus Israëlitica (inquit Ieho-
ua?) Qui quidem quod est in figuli manu creta, estis
in mea manu, domus Israëlitica. Verbi gratia: Mina-
bor ali-

bor alicui genti aut regno euerisionem, excidium, interitum: Si ea gens, cui minatus fuero, sese à suis sceleribus retraxerit, ego quoque malo temperabo, quem afficere cogitaueram. Rursum promittam alicui genti aut regno constructionem, ac stabilitatem: si me offenderit, meis dictis non obtemperando; ego quoque bono temperabo, quod in eum cōferre statueram. Quapropter age, refer Iudeis & Hierosolymitanis hec verba: Sic dicit Iehoua. En ego malum in vos maior, & quiddam cogito; retrahite vos à sua quisque vitijs a consuetudine, vestrasq; consuetudines & mores corrigite. Minimè verò (inquiunt) quin cogitationes nostras sequemur; & sui quisque animi praeue obsequemur improbitati.

P. Egregium scilicet responsum ab Israēlitis datū ad propugnandam & confirmandam Diuinam electionem; de qua tanto perè gloriantur! Hæc cīne decent filios Dei ad salutem electos?

R. Quid si adhuc conquerantur de æterni Numinis aconomia? Nam si Deus nouit Israēlitas, cœlestis faderis fore desertores, cur eos elegit? cùm verò fædus agos vidi, cur non statim reiecit, puniuit, contrivit, atque in nihilum redigit? Denique cur non statim Gentes in populum suum asciuit?

22. P. Quid hoc est dictu? Si D e u s volens suam iram ostēdere, & seueritatem, suamque potentiam declarare; tulit magna patientia ad tempus vasa iræ, perniciei, reiectionique

etioniique aptata (qualēs reuera sunt increduli & refractarij Iudæi) ut in eos deinde grauius animaduerteret, atque ita potentiam, seueritatemque suam celebrem, illustrēque redderet: est ne propterea accusandus? Quid etiā si, vt ampli^p declararet sui splendoris amplitudinē in vasis misericordiæ, Gētes p̄parauit ad gloriā? An propterea humanis meritis hoc ascribi debet?

R. Qui de suis meritis cogitat, planè insanit. Sed vide qd rursus Israelite obiciat: Si Deus (inquit) Iudeos perfidios, immorigeros, & refractarios punit, suo sanè vtatur iure: non tamen propter hos seeleratos, abdicandus esset populus Israelicus sua præstantia & dignitate, qua nunc trāsfertur ad incircūcisos, diuiniq^z, fœderis expertes: & vt Iudei existimant, reiectādos. Ut summatim dicam: nequaquam Iudei Deū accusant iniustitiae, quia fontes Israelitas punit: sed eum inconstitiae insimulant, ex eo quod per Euāgely prædicatio- nem nouū populū sibi aggreget ac Gētiles ad se vocet: quos alius sprevuisse, adeoq^z, odisse quoddam videbatur.

P. Nihil mirum, si hoc facit. Sic enim creator omniū mortalium Deus ab æterno decreuerat. Nam quos in Diuina sua mente elegit, posteā diuinitus vocauit; nō solū ex Iudæis, verū etiam ex Gentibus.

R. Atqui hoc videtur Israelitis nouū & insolens: plenoq^z, gutture clamitāt, doctrinam hanc esse aduentitiā & cōmentitiā, à Diuinisq^z, vatibus prorsus ignoratā.

P. O can-

25. P. O candidos Prophetarum interpretes!

Ose. 2. 23. An non meminerunt, quid Ichoua promis-
serit per Oseam? Vocabo (inquit) populū,

1. Pet. 2. 10. qui meus non est, populum meum: & eam
gentem, quæ dilecta non est, dilectam. Et
erit in loco vbi dictum fuerat eis, non po-
palus meus vos; illic vocabuntur filij vi-
uentis Dei.

R. Video illustrissimum testimonium de Gentium vo-
catione.

P. Audi etiam quid ex aduerso Esaias cla-

27. met contra Israélitas reiiciendos. Etiamsi,
inquit, fuerit numerus filiorum Israél, vt

Esa. 10. 22. arena maris; reliquiæ tantum seruabūtur.
Nam rem seuerè atque semel, idque cum

28. iustitia; rem, inquam, seueram faciet Do-
minus in terra.

R. Ergo dictum factum, & iure tam paucos eorum
seruatum iri prædicti Vates. Res igitur, vt video irre-
uocabilis, quia iuste decreta.

29. P. Audi etiam, quid prima concione dixe-

Esa. 1. 9. rit Esaias, de Iudæorum reiectione: Ni si
Dominus (inquit) exercitum non nullum
de nobis semen reliquū fecisset, nos qui-
dem Sodomæ, Gomorræ que similes fuis-
semus: per iussemus omnes pro rorsus ob no-
stram perfidiam atque per uicaciam. Nam
vt scias, æterni Numinis insigne beneficium
est, quod ego, pauciq; alij, Dei Euangeli
credi-

credimus. Nostra enim flagitia æternam
perniciem merebantur.

R. Hoc ego pro comperto habeo. Nec minus arbitror
Diuina clementie manifestationē effulgere in vestra
vocatione, quam in nostra. Sed obsecro, quid dicemus
ad hoc, quod tam multi Gentiles Messiam ex Iudeis
ortum, Iudeisq; promissum amplexantur; Iudeorum
autem tam pauci credunt? cum ex Diuina gratia v-
trig; contingat electio, & vocatio? unde tam magnū
discrimen, ut ex his tam rari; ex illis vero tam innu-
meri CHRISTVM recipiant?

P. Ego sic sentio: Gentes quæ non sectabantur 30.
iustitiam operum, aut humanorū me-
ritorum, apprehendisse iustitiam; iustitiam, 31.
inquam, quæ à fide manat. Contrà verò
Iudaicitas, qui sectabātur ex lege iustitiam,
ad legis iustitiam non peruenisse.

R. Quidcausæ est?

P. Ut ego quidem arbitror, quia Iudaici 32.
non ex fide querunt iustificari, sed ex ope-
ribus legis; proram & puppim, quod dici-
tur, suæ fiduciae in suis factis collantes. Id-
eoque offendunt lapidem offendiculi,
quod etiam Esaias Propheta futurum pre-
dixit; cum ex ore Dei Iacobidas alloqui- 33.
tur, his verbis: Ecce positurus sum in Sio- Esa.8.14.
ne lapidem impacterium, & petram illi- & 28.16.
foriam: & quisquis crediderit in eum, non 1.Pet.26.
pudescet neque falleatur. Psa.115.28.

R. Euentus sane rei comprobat Propheticum Vaticinium. CHRISTVS enim lapis est offendiculi incredulis & immorigeris. At ijs quidem qui ei per fidem adhaerescunt, est stabile summæ quietis, pacis, felicitatis denique fundamentum. Sed ut verum tibi eloquar, Paule, pessime audis apud tuos populares ob hanc doctrinam. Arbitrantur enim te ex animi odio loqui; aut gloriam tuam ex eorum incredulitate in cœtibus Gentium querere.

Caput 10. P. Frater amantissime, te precor, ut istorum
 1. verbis fidem minimè præbeas. Nam certò
 tibi affirmo, animi mei studium propensum esse erga eos. Et sane ad DEVM precatione effusa salutē procuro Israëlitarum; eamq; summoperè opto, de que ea Deum vrgere non cesso; commiserationis potius tactus, quam infestationis affectu. Nam de eis hoc testari soleo; eos in CHRISTO, in gratia, in Euangeliō vexādo, Dei studio, id facere; sed in scitè, neque ex notitia.

R. Idipsum ego semper iudicauis. Sed audi: sibi quidam videntur, quodam Diuini honoris studio ferri, & ab eo se ad oppugnandam fidei iustitiam impelli. Verum si quis in eorum animi penetralia irreperet; fortassis videret eos, non ad Deum omnia sua consilia & conatus referre. Interea loci nolim aliquem damnare. Hoc prætextu apud DEVM: licet per ignorantiam peccent.

P. Osten-

P. Ostendam tibi malifontem. Isti igno- 3.
 rantes iustitiam, quam D E V S à nobis re-
 quirit, & propriam ex legis actionibus,
 absqueulla fide studentes constituere, at-
 que stabilire; Dei iustitiae se nolunt subij-
 cere. Diuinæ autem legis obedientia, ut
 non te lateat, sine fidei fundamento, larua
 iustitiae est potius, quam D E O grata iusti-
 tia. Porro obiectum quod fides intuetur,
 coeternalis, & coëssentialis Dei sermo est,
 factus caro, verus Messias, sequester hu-
 mani generis: Finis autem legis & extre-
 mum, est idem ipse C H R I S T V S, ad iu-
 stum & insontem faciendum quicunque
 ei fidem habet. Vides ergo quantum sit
 discriminis inter iustitiam legis, & iusti-
 tiam fidei? Quam differentiam mei po-
 pulares permiscent & confundunt. Mo- 5.
 ses enim agens de iustitia, quæ ex lege est, *Leu. 18. 5.*
 his verbis eam describit: quod qui præ- *Exo. 20. 11.*
 stiterit ea quæ præcipit lex, viuet per il- *Gal. 3. 12.*
 la; alias execrabilis pronunciat eos, qui *De. 30. 12.*
 non permanferint in omnibus, quæ scri-
 pta sunt in legis volumine. At cùm i-
 dem Moses differit de iustitia ex fide
 promanante, ad hunc modum loqui-
 tur. Ne dixeris in corde tuo; quis a- 6.
 scendet in cœlum? hoc enim perinde est,
 ac si quis vellet filium D E I C H R I S T V M ē

7. cœlo deducere; neque dixeris cum animo tuo: quis descendet in abyssum? hoc enim est eundem C H R I S T V M à mortuis excitare, aut reducere.
- R. Quidigitur est quod Moses concludit?
8. P. Propè (inquit) est verbum in ore tuo, & corde tuo; hoc est: verbum illud fidei, quod nos C H R I S T I Apostoli prædicamus.
De.32.41.
- R. Nunc planè video, & priscis patribus veteris fœderis eundem propositum fuisse scopum, ad quem fides credentium semper collimaret; nempe aeternum Dei Sermonem, verum Deum & hominem, Salvatorem Messiam, veræ iustitiae atque innocentiae fundatum. Cui qui ex animo adhærebit, dubio procul saluus erit. Nihil ergo Israelitis opus est; multoq; minus nobis peregrè iter facere, mare transire, cœlum descendere, & maiora viribus conari; ut innocens quis euadat. Satis enim est, fidem habere Euāgelio; Christum Patris Verbum amplexari; vnumque cum eo per spiritum renascentia fieri.
9. P. Rem tenes. Etenim si confessus fueris ore tuo Dominum I E S V M, & credideris in corde tuo, quod D E V S eum excitauit à mortuis; seruaberis. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Neque hæc doctrina noua est, aut à nobis, qui in C H R I S T V M credimus, ex cogitata; sed ab ipsis sanctis vatibus idem

tidem repetita & decantata. Propheta enim Esaias, vt alios prætermittam, ita loquitur: Quisquis in eum crediderit, non *Esa.18.26.*
pudifiet, minimeque falletur. *ii.*

R. *Vera tu quidem.* Sed Iudei vniuersalem hanc distributionem ad Israelitas tam̄ restringunt: suntq; in ea sententia, vt credant, Gentes exclusas ab hac promissione.

P. Tota profectio errant via. Nulla enim est *12.* inter Græcum & Iudæum differentia hac in parte: pariter à Deo creati sunt omnes, & eius capaces facti, modò adsit fides: pro merita quidem, neque in his neque in illis extant: eorum salus non nisi in mera Dei bonitate sita est. Et quia idem est omnium Dominus, diues, & libenter benefaciens omnibus creditibus, eumque ex animo inuocatibus, & ab eo vno omne auxilium salutemque petentibus; ideo iuxta Prophetarum vaticinia: *Quicunque nomen Ioe.32.* Domini inuocauerit, saluus erit.

R. Memini me legere hanc sententiam in Ioeлиis Vatis *13.* concionibus. Sed est quoddam dubium, quod magnopere angit meum animum. Si enim verum est, quod dicas, Deum esse omnium mortaliū creatorem, hominesq; condere beatitatis capaces: qui fit, ut major mundi pars versetur in veritatis ignoratione? bona etiam pars eorum qui veritatem audiunt, veritati non credant, neque morem gerant? Nam, vt pri-

14.

mùm de Ethniciis & Gentilibus agamus, quomodo illi possunt inuocare eum, in què nō crediderūt? Quomodo autem credēt ei, quem nō audierūt? quomodo autē audient absq; prædicatē? quomodo autē prædicabitur nisi à Deo, solo salutis autore, missi fuerint legati?

Esa. 52. 7.

Ma. 1. 15.

P. Acutè sanè ratiocinaris. Nam in eandem sententiam dixit Esaias vates: quām speciosi & elegantes sunt pedes euangeli- zantium pacem, & annunciantium bona!

16.

Io. 12. 38.

Esa. 53. 1.

R. Vides etiam non omnes Iudeos obtemperasse Eu- angelio. Nam idem Esaias de eorum incredulitate conqueritur his verbis: Domine, quis creditur ser- moni nostro? Hinc ego concludo, damnationis cau- sam non in nobis, sed penes Deum esse; qui hominibus quibusdā deneget gradus, quibus peruenire possint ad veram eius inuocationem, ac perinde salutem.

17.

P. Imò hinc colligas oportet, fidem veram & viuam ex auditu esse, auditum autem verum & internum effici per verbum Dei; & per Spiritum sanctum mouentē huma- num cor, suaque virtute purificantem & sanctificantem animos hominum.

18.

R. Hac dere animus meus in dubio non est. Illud in- terrogo: An ille Gentes ad quas non peruenit Euan- gelij prædicatio, prorsus sint à Deo reiecte, an aliquid excusationis afferre possint, ob non auditam Deivo- cem. Illud, inquam, scire cupio: An aliquid audit- rint, quod eos ad cognitionem, & inuocationem a- terni Numinis incitare aut excitare queat?

P. Enim-

Enim uero tale quid audiuerunt. Nam
vti testatur Vates regius, agens de Diuina
schola rerum creatarum, in qua Deus o-
stendit suam diuinitatem atq; potentiam
omnibus Adami posteris: in omnes terras,
inquit, peruenite eorum sonus; eorumque
verba ad ultimum orbem. Itaque quod de
Deo cognosci potest, primum quidem
manifestum est in ipsis, hoc est, in eorum
animis: Deus enim intima quadam lege
eis manifestum fecit. Deinde ea quae eius
sunt in aspectu etabilitia, cuiusmodi est eius sem-
piterna potentia atque Diuinitas, ea ex
mundi opificio, dum considerantur per o-
pera perspiciuntur. Atque idcirco se red-
dunt inexcusabiles. Quoniam cognito
Deo, non ei dignam Deo gloriam, gra-
tiamque tribuerunt: sed vanis cogitatio-
nibus usi sunt; caligavitque eorum insi-
piens animus. Cumque se profitentur es-
se sapientes, stultiores sunt. Hinc est,
quod mutant gloriam incorruptibilis Dei
efformatam in imaginem mortalis ho-
minis, & volucrum, & quadrupedum, &
reptiliū. Quamobrem in impietatis huius
paenam, tradit eos Deus cupiditatibus
cordium suorum ad impuritatē: ut fœdent
corpora sua inter se; ut pote qui veritatē
Dei mutarint in mendacium, & coluerint

Psal. 19. 5.
Sup. I. 19.

ac seruierint rebus creatis, præterito atque post habitu creatore; qui est laude dignus in sæcula, Amen. Hinc malum, hinc damnatio, hinc eorum, quos dicebas, æternum exitium.

R. Satis super q̄ meæ dubitationi, his tuis verbis satis factum est. Nunc scire cupio, an doctrina hæc, quam proponis de Iudeorum reiectione ac Gentium vocatione, nota fuerit prisca Vatibus. An Israëlitæ (in quā) cognoverint vñquā, tale esse aeterni Numinis decretum s̄ ut si ipsi non crederent, s̄q̄ immorigeros præberent, Gentes fore adscendendas in populum Dei.

19. P. Imò notissima & per uulgata in populo Israëlitico ab ipso exordio fuit hæc doctrina. Nā Moses, primus ille dux Iudaici populi, Dei nomine his verbis cum illis agit. Ego ad æmulationem (inquit) prouocabo vos per Gentem, quæ non est Gens; per Gentem, inquam, intelligentiæ expertem adiram vos prouocabo. Esaias etiā Vates, maiore vtitur audacia aduersus Iudæos incredulos & immorigeros; cùm in persona Deivocationem Gentium afferit hac oratione. Repertus sum ab ijs qui de me non interrogabant.

R. Manifestissima sanè pronunciata de Gentium vocatione sunt ista.

20. P. De Iudeorum verò reiectione vide quid alibi dicat idem ipse Vates in Dei persona: Tota

De. 32. 21.

20.

Esa. 65.

Tota die (inquit) expandi manus meas ad populum rebellem & contradicentem. Hic hic quærendæ sunt Iudæorum reiectionis, occæcationis, & exitij causæ; non in Deo.

R. Enim uero miror Israélitas tam esse cœcos, vt ora- Caput II.
cula ista tam aperta non videant. Sed, obsecro, reie-
ctio Iudaici populi est ne vniuersalis? Reiecitne popu- 1.
lum suum D E V S, ita ut Iudæorum nullus seruetur?

P. Minime verò. Etenim ego Israélita sum de semine Abrahæ, de tribu Benjaminis; & tamen diuini Numinis fauor separauit me ab utero matris meæ non solùm vt par-
ticeps essem Diuinæ gratiæ æternæque fe-
licitatis; verùm etiam vt filij D E I benefi-
cium publicarem, atq; euangelizarem in-
ter Gentes. Itaque non reiecit D E V S po-
pulum quem antea agnouit suum, & com-
probauit; hoc est, verè in ipsum creden-
tes, morigeros, dictoque audientes. Hos
enim cùm ab æterno elegerit D E V S; reie-
ctioni minime sunt obnoxij.

R. Atqui huiuscmodi electorum per exiguum est nu-
merus.

P. Imò maior, quam vos Gentes arbitrami- 2.
ni. An nescitis quid sit de Elia memoria
proditum? Deum aduersus Israélitas pre-
cabatur, ratus ex tanto Iudæorum nume-
ro, se solùm permanisse, ob idq; dicebat:

3. Reg. 19. Domine, degeneres Iudæi tuos Vates occiderunt, aras tuas diruerunt; Ego unus relatus sum, & adhuc ad necem me querunt. Sed quid Dei loquitur oraculum? meministi, credo. Reliqua mihi feci septem hominum millia (inquit Iehoua) qui Baali genua non submiserunt. Arbitraris ex Iudæorum gente nullum alium esse vocatum, quam me? at ego hoc tibi confirmo, in Iudæis magnam esse multititudinem, qui sunt de numero electorum. Quemadmodum ergo Eliæ tempore non omnes fuerunt repudiati; sic & hoc tempore reliquæ supersunt; & quamvis videatur pauci, sūlos tamen cultores Deus habet, veluti inter alios latentes. Qui cùm vera sint Christi membra, non ex meritis operum felicitatem expectant, sed ex electione gratuita, per meram Dei bonitatem & misericordiam.

6. R. *Et iure mea quidem sententia. Nam si gratis non ob opera: alioqui gratia, non esset gratia. Sin ob operas iam gratia non est: alioquin opus non esset opus. Hoc firmissimum argumentum nos Gentiles arripimus, ut stabiliamus nostram gratuitam vocationem. Sed precor, quid Iudeis respondebimus, qui virginem totius populi Israelitici electionem tam præclaris sanctorum Vatum elogis ornatam?*

7. P. *Hoc ego respondere soleo, quod vniuersus*

sus Iacobonatorum populus, id non est assecutus, quod requirebat: At electi, id est, credentes, morigeri, diuinis dictis parentes, id sunt assecuti; reliqui verò occalluerunt, & excæcati sunt, in suæ incredulitatis pœnam.

Dicebas etiam nuper, incredulos istos salutem non adipisci, eò quod eam sectarentur, contrà ac fieri debet; videlicet, non à Dei gratia, sed à meritis operum: Idcirco merito eos relinquere in sua ignorantia & cæcitate.

Nec solùm relinquuntur, sed puniuntur ^{8.}
 etiam, quemadmodū meretur eorum in-
 fidentia, improbitas, perfidia, atque mali- Esa. 29.10.
 gnitas. Ob hæc, inquam, Deus iustus iu- C. 8.9.
 dex (vti à Vatibus prædictum erat) dedit eis Ma. 13.14.
 spiritum soporis, oculos, vt non videant, Io. 12.40.
 & aures, vt non audiant, ad hodiernum Act. 28.26.
 usque diem. Hoc etiam pacto in illis ad- 9.
 impletur id, quo Dauid Regius Propheta Psa. 69.12.
 olim dixit: Fiat, inquit, mensa eorum la-
 quei, tendiculae, & offendiculi loco, & in- 10.
 talionem. Neque his contentus, subiun-
 git. Obtenebrentur oculi ipsorum, vt non
 cernant; & terga ipsorum semper incurua.
 Quid sibi vult hoc semper? perpetuo ne irascetur
 Deus huic populo? eo ne pacto impegerunt, vt pro suis
 concidere eos destinari?

Minimè Gentium; sed per eorum ruinam
 salus

salus obtigit Gētibus, vt hac ratione Deus prouocaret Iudæos ad Gentilium æmulationem.

R. Tu ergo vis, Dominum subordinasse istam Gentis Iudeorum reiectionem, vt occasionem vocationi Gentium preberet.

P. Maximè. Et hanc rursus vocationē Gentium conuerteret ipse Deus, bonarum rerū architectus, in occasionem restitutionis Iudæorum; vt videlicet accensi Gentium æmulatione, tandem & ipsi Euangelium amplectantur. Interea punit mortalium peccata tanquam iustus Iudex.

R. O admiratione laudeq; perpetua dignam sanctissimi Numinis prouidentiam! Sed hoc tamen vereor, ne quemadmodum lapsus Iudeorum nobis Gentibus est salutaris; sic etiam postea eorum salus nobis futura sit perniciosa. Nam si fortassis Iudei stetissent, Gentes non fuissent salutem consecuta.

12. P. Hac de re non sis solitus. Nam si Iudeorum ruina est opulentia mundi, & diminutio eorum opulentia Gentium; quanto magis eorum plenitudo & incolumentas? Etenim si lapsus Israëlitarum vobis Gentibus nūc est salutaris; multò magis illorum incolumentas vobis cedet ad salutem. Nam illis credentibus ac proinde minimè reietis, eorum exemplo vos etiam fidem præbuissetis Euangelio. Sed harum vicissitudinum

dinum adorandam dispositionem diuino
Numini relinquamus.

R. Recitemones. Ergo nostra solummodo interest, alta-
mente reponere, quo pacto Deus, veluti sumpta occa-
sione ex eorum lapsu, exprompsiterit Gentibus am-
plissimas sua gratae copias: & eorum paucitas qui
CHRISTVM accipiunt, veluti ditiores & am-
pliores thesauros Dei nobis ostendit; ac proinde ditio-
res facit.

P. Fxit Deus, vt vestra gratitudo respon- 13.
deat tot tantisque beneficijs. Cæterum
quod ad me attinet, vobis hoc ingenuè di-
co Gentibus, quod quamuis ego vester A-
postolus sim, meam tamen functionem il-
lustrare, atque cohonestare conor, ergav-
trosque; in vobis quidem vt CHRISTUS
sit efficacissimus, satago: vestrumque pro- 14.
fectum apud Iudeos extollo; vt experiar si
quomodo ad emulationem prouocé con-
sanguineos meos, & seruem aliquos ex i-
phis: sepius interim cum animo meo repe-
tens, quanta sit futuralætitia inter morta-
les de eorum salute; æternoque Numini
indicibilis gloria. Nam si abiectio eorum 15.
est reconciliatio mundi; quæ erit Israëli-
tum assumptio, nisi vita ex mortuis?

De Dei clementia erga Iudaicum populum nihil
sanè ambigo. Sed an illi velint respondere diuinæ voci,
sculosq; aperire luci eos radiant, nonnihil dubito;

preser-

præsertim cùm videam nunc eorum duritiam, animumq; refractarium & veritati tantoperè reluctan-

tem.

2. Ti. 2. 19.

16.

Psal. 1. 6.

P. Nostrum, mihi frater, non est iudicare de alicuius salute aut exitio. Nouit Dominus qui sunt sui, etiam in Iudaico populo; cuius primitiæ cùm sanctæ sint, sancta etiam est & massa. Et si radix sancta est, rami etiā sanctitatis erunt participes. Quod clavis sic accipe. Iudeorum quidem gens in genere ipso, & eius radice, id est, Abrahamo considerata, sancta est; etiam si plerique eius rami sint excisi. Itaque in iudicandis Israëlitis, non hæredum est in eorum indignitate, ut semel eos omnes abdicatos esse censeamus; sed consideranda est fœderis radix: & retrò potius ad eorum maiores fideles progressi debemus; ut in illorum posteris benedictionem fœderis residere cogitemus; quæ dubio procul suo tempore manifestabitur.

R. Modestissime loqueris, Paule, vel de tuis infensissimis aduersariis; beneq; de illis speras. Atque utinam nos tuum hoc exemplum imitemur. Sunt enim plerique ex nobis, qui quoniam misericordiam ipsi consecuti sunt à Deo. Iudeis tanquam gratie diuine contemptoribus insultant, eos despiciunt, pro reiectaneis & perditis ducunt; modisq; omnibus illis exitium moluntur.

P. Tu

P. Tu interea, mi frater, caueto; ne p̄apōsteram hanc agendi rationem illorum hominum aliquo pacto imiteris. Nam mihi crede, huiuscmodi insolentia non sic evadet. Quod si nō nulli rami defracti sunt, ^{17.} tu verò cūm esse oleaster, insitus es cum ipsis, & particeps radicis ac pinguedinis oleæ factus es; ne gloriare aduersus ramos amputatos. Quod si gloriaris, perpendito, ^{18.} quod non tu radicem portas, sed radix potius te.

R. Atqui illi rami, quos tu naturales vocas, an ul si la-^{19.}
psiq; sunt, vt ego insererer: An non mihi insituuo licet,
quamvis aliquāndo oleaster fuerim, gloriari; meque
naturalibus oliu& ramis, qui eruti lapsiq; sunt p̄ae-
ponere?

P. Neque hoc, quod dicas, totum est, neque nihil. Rectè quidem tu gloriari debes; sed in Deo, de tua insitione; cæterū non in aliorum contemptum. Etenim isti per in-^{20.}
fidelitatem detracti sunt, tu verò perfidem stas: ne efferror igitur animo; sed tamen potius. Nam si Deus naturalibus ra-^{21.}
mis non pepercit, vide, ne tibi quoq; non parcat. Ut in pauca hæc omnia conferam:
tu, id est, Gentes omnes (nam quod vni dicō, omnibus dico) tu, inquam, contemnare benignitatem ac seueritatem Dei:
in eos quidem qui ceciderunt, seueritatē;

in te

in te verò benignitatem: ea tamen conditio-
nem, vt tu permaneas in fide accepta à
Deo benignitatis; alioquin & tu excidē-
ris; quemadmodum illi, qui per increduli-
tatem excisi sunt. Sed & Israëlitæ, si non
23. permanerint in infidelitate, iterum inse-
rentur. Potens est enim Deus eos rursus
pro sua consueta clementia in resipisci-
entes, illos inserere. Etenim si tu ex naturali
24. exectus es oleastro, & præter naturam in-
situs es in veram oleam: quātū magis i-
leæ?
R. Hoc igitur pacto multi ad tempus sunt excisi, id est,
extra radicem vivere videntur; qui suo tempore in-
serentur. Multi quoque aliquatenus, & in speciem
nunc insiti sunt, qui tamen sua culpa postea excidun-
tur; & penitus abiiciuntur.

25. P. Ita est. Interea loci velim vos mei fratres
(Gentes alloquor) mysterium hoc mini-
mè ignorare, vt ne sitis apud vos meti pos-
arrogantes; obdurationem istam, quæ ac-
cidit ex parte Israëli, euenisse tantisper
dum plenitudo Gentium introierit. Et ita
totus Israël seruabitur; quemadmodum
literis proditum est; & Esaiæ testimonio
confirmatum; qui huiuscmodi oratione
cœlestè hoc arcanum nobis manifestauit:
Veniet (inquit) ex Sion ille liberator, & a-
uertet

uerteret impietas à Iacob. Alibi etiam ad 27.
 hunc modum consolatur Israëlitas, ex ore
 Iehouæ dicens: Et hoc erit illis à me fœ- *Esa. 9. 20.*
 dus, cùm abstulero peccata ipsorum. Vt
 paucis absoluam; non sine certa spe abie- 28.
 Et a est Iacobeorum g̃ns. Itaque quod ad
 Euangelium attinet, sunt illi quidem ini-
 mici, verū id propter vos. Quod autem
 attinet ad electionem, diliguntur propter
 maiores & patres. Nam dona & vocatio
 Dei eiusmodi sunt, vt eorum ipsum cle- 29.
 mentissimum Deum pœnitere non possit.

Ergo quia fœdus de vita æterna cum Hebreæ gente
 semel sancitum est, non potest esse irritum.

Non sanè. Illud etiam considerare debes;
 quod quamvis infideles & refractarij me-
 ritò puniantur; tamen non propriè eius
 gentis odio accidit ista Iudæorum perui-
 cacia. Sed vt velut illocus introducendis in
 Ecclesiam Gentibus pateret; & vt Iudei
 postea misericordiæ Gentibus facte æmu-
 latione accensi, fierent & ipsi eiusdem be-
 neficij participes; ac ita constaret, & Gen-
 tes & Iudæos diuinis promissis credentes,
 non ex meritis operum, sed sola Dei gratia
 atque misericordia erga vtrosque, eligi,
 vocari & seruari. Nam quemadmodum &
 vos quondam non paruistis Deo, nunc au- 30.
 tem estis misericordiam cōsecuti per isto-

31. rum contumaciam: sic & isti nunc non parent: ut per misericordiam in vos à Deo collatam, ipsi etiam misericordiam consequantur. Hoc enim omnibus modis adorando consilio utrumque populum, hoc est, omnes Adami filios, siuit Deus in obedientiam concludi; ut patefactis suæ clementiæ thesauris omnium miserentur.

32. R. Summa sane admiratione & veneratione dignum est hoc diuini Numinis consilium & decretum. Quod quidem exuperat sapientiam atque intelligentiam mortalium. Hac enim ratione ostenditur, diuinagratias quæ non ita esset manifesta, si vel omnes simul initio in Ecclesiam introduxisset Deus, vel Iudeorum Gentem absq; ista velut interruptione seruasset. Sed quibus rationibus obsecro probari poterit, hoc esse aenam Dei consilium ac decretum?

P. O mi frater; atcana hęc diuini Numinis, ex ipsis eventis nobis fiunt manifesta: neque curiosa indagatione sunt peruestiganda; sed animi potius submissione adoranda. Ego enim quotiescumque hilceterebus cogito (cogito autem səpiùs) veleti extra me raptus, ad hunc modum exclamare cogor: O profundas diuitias, tum sapientiæ, tum cognitionis Dei! Quām inscrutabilia sunt eius iudicia? Quām abstrusa eius facta? Ecquis Domini mētem

33.

34.

tem nouit? Ecquis vnquam fuit eius con- *Sap. 9.13.*
siliarius? Quis eum beneficio prouoca- *Exo. 40.13.*
uit, vt ei par gratia rependatur? Sanè ab eo *35.*
sunt omnia; & item per eum & ad eum, *1.Cro. 2.16.*
tanquam ad omnium extremum, referun-
tur. Ei ergo soli sit gloria in sempiternum. *36.*

Amen.

R. *Hic, vt arbitror, finem imponis tractatus de fide
que veræ iustitiae assequenda rationem docet, déque
Diuina electione credentes reddit certiores. Nunc de
componendis moribus renatorum precepta abs te as-
signari intelligo; sed quo ordine id facias, perlubenter
audiam.*

P. Cùm duplex sit hominis status confide-
randus, priuatim videlicet, cùm agit apud
se, vel cum alijs: idque vel in RepUBL. vel in
cætu fidelium; hinc emergit duplex, aut si
maius, triplex præceptionum genus. Id-
circò primùm adhortor pietatis studio-
sos, ad diligentissimam sui explorationem;
vt tantò melius incumbant virtutum ex-
ercitijs, quibus Christiana perseverantia
indiget. Quia verò non satis est hominem
pium virtutibus, honestisque moribus es-
se ornatum, nisi apud alios, cùm necessitas
exigit, vitæ exemplo pietatem exprimat:
propterea secundo loco cōmone facio ve-
strates, ne Christianæ libertatis prætextū
cōtempnāt suorū magistratum autoritatē.

Porrò quia audiueram, inter vos fuisse cōtētiones de rebus adiaphoris, siue medijs, legisque Mosaicæ ceremonijs; regulas quasdam assigno, quibus vtraq; pars, Gentilium scilicet & Iudæorum in bona consciētia versetur coram Deo; & paci fraternæ atq; tranquillitati consulat. Ut in pauca conferam, habetis in hac secunda meæ Epistolæ parte præcepta Ethica, Politica, & Ecclesiastica; si ita appellare libet.

R. *Concinnus sanè ordo, nostroq; cœtu maximè necessarius. Nam plerique hoc tempore pietatem verba putant; ob idq; garrulitate potius (quam illi facundiam & eloquentiam vocant) Euagelij professionem ostentant; quam honestis moribus aut vita exemplo, alios ab errore conantur abducere.*

Caput 12. P. Huiuscemodi homines ego potissimum alloquor, cùm his verbis ad vos scribo: ligatur, fratres, si ex electorum numero esse vultis, si spiritum C H R I S T I accepistis; hortor vos per Dei misericordiam, vt vocationem vestram certam faciatis bonis operibus. Atque in primis, obsecro, vt Deo dilectis, non iā mutas pecudes, Iudaico more, sed vestram et corpora; vos (inquit) vos ipsos, vestrosq; pecuinos affectus immoderate; veluti hostiam viuētem, sacram. Deo acceptam: vt cultus vesterrationalis & spiritualis sit in conspectu diuini Numinis; qui

qui mutorum animantium mactatione & *Esa. 1.11.*
sacrificijs iam minimè delectatur. *Iere. 6.20.*

R. Breue est hoc praeceptum, Paule, dictu, sed difficile *Am. 5.22.*
intellectu; longè etiam difficilimum, ut ritè perficiatur.

P. Si allusiones istæ ad veteris legis sacrificia vobis videntur intellectu difficiles, clarioribus verbis animi mei sensa vobis exprimam. Hoc est, quod cupio; ut neque ^{2.} verbis neque moribus consentiatis, aut configuremini sæculo isti, vel huic hominum generi; quos videtis impietati & improbitati consecratos; sed immutamini potius & transformamini, per mentis vestrae renouationem. Mutare enim vestes, cibos, locum, vitæ institutum, non admodum est difficile: Renouationi autem metit perpetuò incumbere, utri operosum est, ne dicam difficilimum, ita Deo longè gravissimum est sacrificij genus. Taceo quod hæc aptissima est schola, in qua fideles probant, atque exploratum habent, quæ sit voluntas Dei, qualiter bonitate ipse delectetur, quid acceptum perfectumque sit in eius oculis? Nam humana ratio cœlesti lumine destituta, hisce de rebus ad iudicandum talpa cæcior est.

Projecto inter nos multæ & magna indies emergunt altercationes de his rebus spiritualibus. Nam

sunt quidam, qui volunt esse omnia; qui per fasq; ne-
fasq; excellere atq; eminere inter alios semper volūt,
ea animi elatione atq; arrogantia laborantes, vt o-
mnium aliorū velint esse inquisitores; omnibus pre-
scribere velint, quid sit agendum, quidve omitten-
dum: & quod est indignius, quid credendum: à quo-
rum prescripto si vel latum vnguem abcesseris; de
bonis, fama, vita denique sis periclitaturius.

P. Homines valde curiosos mihi narras; &
in alienis negotijs nimium occupatos. Tā-
tumne illis otij est à re sua domi, aliena vt
curent? Atqui ego pro munere mihi dato
à Deo vos cōmonefaciendi, dico; non vni,
aut alteri; sed vestrūm cuiuis; né sibi plus
tribuat, quām decet, sed tantū sibi tribuat,
vt sobrium eum esse appareat; inseruat v-
nusquisque Ecclesiæ pro suo fidei modo,
atque mensura, quam Deus partitus atque
est ei largitus. Nam quemadmodū in vno
corpore membra multa habemus, mem-
bra verò omnia eandem non habent a-
ctionem: ita multi vnum corpus sumus in
CHRISTO, singulatim autem alij alio-
rum membra. Neque est quod aliquis es-
se velit totum corpus, omniaque agere at-
que regere inter vos suo arbitratu.

R. O vitiam leuisima ista atque ambitiosissima in-
genia à nobis abessent. Sua enim inconstantia & le-
uitate

Eph. 4.4.

4.

5.

uitate omnia permiscent, & confundunt: certamina
excitant inter doctores, inquietas reddunt infirmo-
rum conscientias; ut autem pre alijs videantur acu-
tores, exoticas assertiones obtrudunt, de rebus sibi
ignotis, & alijs valde perniciosis.

P. Valeant leues illi cum sua leuitate; vos 1. Pet. 4.
verò, humani corporis exemplo, singu-
li muneribus vestris incumbite. Habe-
tis in vestro cætu diuersa dona, pro gra- 6.
tia, quæ nobis credentibus dari solet. Cui
igitur contingit propheticum donum, vt
Diuinæ voluntatis sit interpres, siue libros
sacros enucleando, siue ex diuini Numi-
nis manifestatione, res futuras prædicen-
do; is suæ functioni strenuè incumbat, pro
fidei portione atque analogia; neque so-
lus velit esse sapiens, solus doctus, solus o-
mniscius.

R. Deus bone, quām necessarium est hoc præceptum
nostra Ecclesiæ; in qua tam perturbatus ordo iam
graffatur, vt tacentibus omnibus, unus loquatur, u-
nus concionetur, unus dicat quicquid illi in buccam
venerit; sedentes verò planè obmutescere cogantur.
Quid multis opus est? Concionatores nostri veluti
Rhetores ac declamatores, rostra condescendunt; quic- 2.
quid in buccam ipsis venit effutuunt; in quo suis de-
baccabantur, & quasi re bene gesta, domum reuer-
tuntur; suaque stipendia vel colligunt, vel extor-
quent.

1. Cor. 14.

P. Atqui in alijs verè Apostolicis Ecclesijs non fit hoc modo. Sed Prophetæ duo aut tres loquuntur; & alij sedentes dijudicant. Quod si quid alij assidenti patefactum est, prior tacet. Hac enim ratione possetis omnes sigillatim prophetare, vt omnes discant, & omnes ad discendum excitentur. Interēa spiritus Prophetarum Prophetis & prophetiæ subjiciuntur; atque alij aliorum iudicijs se regi sinunt. Neque Deus qui hanc nobis agendi rationem reuelauit, est seditionis author; sed pacis. Obsecro ergo vos, vt omnia decenter & ordine faciatis in vestro cœtu. Si quis habet ministerium, versetur in ministrando; tum is qui docet, in docendo; tum qui exhortatur, in exhortatione: quieleā mos ynas pauperibus distribuit, is cum simplicitate versetur animo integro, fidei & recto. Qui præst, diligenter incumbat suo muneri; qui tactus commiseratione, benignè facit visitando ægrotos, prospiciendo egentibus, consolando afflitos, & reliquis misericordiæ operibus fungendo; non debet ea ægrè & inuitus exequi, sed hilari animo atque lubenti.

R. Faxit Deus, vt in omnibus Christianorum cœtibus omnes haæ functiones & stabiliantur & foueantur. Sed cum actiones erga alios rectæ esse nequeant, nisi à re- rapie-

*re pietatis fonte manent; vereor ne charitate refri-
gescente, munera etiam hæc, vel (vt rectius dicam)
spiritus sancti dona, in larvæ pietatis conuertan-
tur. Nam sanè inter nos multi suis potius commodis
consulunt, quam fratrum.*

Tanto magis studete vos pietatis culto- 9.
res, vt vestra charitas fraternaque dilectio Ephe. 4.2.
simulatione vacet: Cauete, inquam, ne si- i. Pet. 2.17.
etas sit, aut personata; sed vt ex animo pro-
fluat, omni ope nitemini. Estote olores
mali. Et cane peius & angue vitate, quæ a-
lios vel lædere vel offendere possunt. Imò
adhærete bono, aliorum utilitatis studio-
si, in fraternum mutuumque amorem fa-
ciles; & ne regnet ambitio, superbia, alio-
rumque contemptus: honore denique alij
alijs præcant.

Vtilissimæ sanè paræses. Video enim multum con-
ferre ad mutua benevolentia conseruationem, si a-
lios, vt nobis præstantiores, modestè honore prouoce-
mus.

Sunt & alia internæ pietatis officia, quo- 11.
rum exercitio, vt indies proficiamus in fi- 1. Cor. 6.1.
de & charitate, serìd incumbendum est. Hebr. 13.2.
Estote ergo impigri, parati, solliciti, dili- Ma. 5.44.
gentes ad rectè agendum; spiritu feruen- 1. Pe. 4.13.
tes, tempori seruientes. Nam occasiones Luc. 2.1.
& tempestivitates nosse in nostris actioni-
bus, non minima est sapientiæ portio.

*Eccles. 3. 1. R. Sic intelligo ex Salomonis concione; ubi de summa
hominis bono differit.*

*12. P. Et quia perpetuò CHRISTI crux nobis
est ferenda: Christianæ etiam tolerantiz
præcepta retinenda sunt. Ergo in labori-
bus & ærumnis spe futurorum bonorum
gaudete. Ut æquo animo perferatis per-
pessiones atq; illatas vobis iniurias; in ad-
uersis estote patientes. Quia verò æquani-
mitas assiduis precibus acquiritur; oportet
vos esse perseverantes in preicatione.*

R. O arduam viam & perdifficilem!

Mar. 9. 23. P. Bono es animo. Omnia enim possibilia

*13. sunt credenti. Consentaneum præterea
pietati est, ut acceptorum à Deo bonorum
fideles sitis dispensatores; omnium neces-
sitatibus succurrétes; præsertim verò san-
ctorum & fidelium egestati communican-
tes. Nam quamvis Christiana charitas er-
ga omnes se debeat ostendere; domesticis
tamen fidei obstrictior est. Colite etiam
hospitalitatem, & quantò quisq; est remo-
tior à suis, tantò diligenter in vestro ho-
spitio recipiatur; atq; benignius tractetur.*

*R. Exemplum imitatione dignum habemus in sancto
patriarcha Abraham, & in eius nepote Lotbo. Sed
non raro vsu venit, ut hospitum loco exploratores &
sycophantas recipiamus. Idq; remoratur nonnullo-
rum diligentiam in recipiendis hospitibus.*

P. Bona

P. Bona verba, mi frater; Decet enim nos,
 (nos, inquam) CHRISTI mansuetudinis
 professores, bene precari ijs, qui etiam in-
 festat nos; precamini ergo bene ne impre- 14.
 cemini. Hoc enim exigit Christiana dile-
 ctio, vt nō solū osores nostros, nostræq;
 innocentia calumniatores diligamus; ve-
 rū etiam eō progreditur, vt omnia eotū
 tū bona, tū mala, perinde atq; nostra sen-
 tiamus. Quamuis verò isti, quos tu syco-
 phantas nominabas, vobis aduersentur; 15.
 gaudere tamen debetis ipsis gaudentibus;
 ac simul flere cum ipsis flentibus.

R. Dura profecto lectio. Ecquis est, qui ferre potest quo-
 rundam insolentiam, quia ob nescio quam literarum
 cognitionem, vel sanctimonie simulationem reliquos
 prese aspernantur?

P. Hinc illæ lachrymæ; vbi omnes excellere 16.
 cupiunt, simultates esse oportet. Idcirco
 ego vos horror, vt eodem animo inter vos
 sitis mutuò affecti; non elatè de vobis met-
 ipsis sentientes, sed humilibus obsecun-
 dantes. Neque vobis placeatis, quasi sitis
 alijs prudentiores, & præclarius de vobis
 quam par est, aut veritas ipsa fert, sentiat is.
 R. Quid si p̄stitis omnib. hisce dilectionis Christianæ offi-
 cys, adhuc sint q; nos insectetur, proscindat, in vincula
 coniiciat, Vulcano cōsecret, excogitatis etiā tormentis
 excruciet, nihil deniq; intactū relinquat, vt nos exitio
 dent?

dent? existimásne huiuscmodi nefarios aequo animo
esse ferendos? An non nobis licet par parire referre? me-
ritasq; vindicta pœnas à nostris hostibus expetere?

P. Hæc carnalis prudentiæ dictata redolent,

Pro. 3. 27. mi frater, non Christianæ mansuetudinis.

I. Pe. 3. 9. Cui si vos vultis incumbere, oportet, vt nō

17. solūm nemini malum malo vicissim repé-

datis; verūm etiam, vt honesta, sancta &

recta procuretis apud omnes homines, vel

infensissimos vobis hostes: & si fieri po-

18. test, quantum in vobis est, cum omnibus

hominibus in pace viuatis. Quod si alio-

rum ingenia tam fuerint agrestia, morosa,

& intractabilia, vt vobis pacem meditan-

tibus, ipsi bellum adornent: vos precor,

fratres charissimi, ne vos ipsoſ vlciscami-

ni; ne illatas vobis iniurias persequamini;

ne vestræ iræ laxetis habenas, sed iracun-

diam potius cohibentes, Diuinæ iræ arque

vlitioni locum date; Dei iustitiæ vestræ

causam iudicandam & vidicādam permit-

te. Veniat vobis in mentem sanctissima

illa diuini Numinis sententia, quæ se & iu-

dicem & vindicem nostrarum iniuriarum

ostendit; cùm ait; Ad me vltio pertinet, e-

go rependam, dicit Dominus. Cùm ergo

vlcisci, Dei munus sit, non vestrum; inte-

gra res eius tribunali relinquatur; suis cui-

que mortalium meritis dignum præmium

reddi-

Pſa. 120. 7.

19.

redituro. Itaque si esurit inimicustuus, ^{20.}
da ei comedere: si sitit, da bibere: hac e-
nim ratione, ut sapientissimi Regis verbis ^{Prou. 25.}
vtar, carbones ignis coaceruabis in caput ^{De. 32. 35.}
eius. His enim acceptis beneficijs, aut ve- ^{Heb. 10. 30.}
strorum hostium animus frangetur, &c.
mollietur: aut testimonio propriæ con-
scientiæ vretur, atque æstuabit: quod sanè
non minima pars est Diuinæ vltionis. Ut
breuibus complector verbis, mihi frater, hu-
ius doctrinæ summam, hanc meam com-
monefactionem retinet. Ne vincitor ab ^{21.}
eo quod malum est: sed vince potius tua
bonitate alterius malignitatem & perui-
ciam.

R. Cuperem, ut doctrina hac tam vilis & necessaria
ad conciliandam animi quietem, apud omnes locum
haberet. Sed, ô malum, plerique ex nostro cætu inci-
piunt iam non solum vindictam petere contra suos
persecutores: verum etiam, arreptis armis, audet re-
sistere Magistratibus, & Iudicibus: qui Euangelij
prædicationi sunt impedimento.

P. Qui per pessimes fidelium putant esse ^{Caput 13.}
impedimenta ad retardandum Euangelij
cursum, magnoperè falluntur: nam mar-
tyrum sanguis irrigat Ecclesiæ hortum: vt
magis ac magis augeant & floescat eius
plantæ. Vos autem quibus pietas cordi est, ^{1. Pet. 2. 13.}
retinetec hoc meum præceptum; vt omnis ^{Sap. 6. 4.}
homo

- homo siue Israëlite ille sit, siue è vobis qui
piā, præcedētibus potestatibus subijciatur.
Quorsū enim in superiore gradu sunt col-
locati, nisi vt inferiores sint eis subiecti?
- R. Quid si successionis gradu mali regnent principes?
Quid si populi electione, studio partium diuisi, crude-
les contingent, consules, senatores & pratores. Iſiſ-
ne parendum censes?
- P. Quid ni? Hi enim qui alijs præſunt, ne-
quaquā cōſiderantur, veluti priuati homi-
nes; sed eos potius reueremur, quia à Deo
constituti sunt. Nam, vt ſciās, nulla est po-
testas, quę à Deo non fit. Quęque; extant po-
testates, vt magistratus, vt regnum prin-
cipatus, vt ceteri potentatus, hæ à Deo sta-
tutę sunt, ad nostram vtilitatem, quacunque
gubernēt ratione. Nam, ſi Dei meru tradi-
pietatem promouent, vides quātum com-
modi afferat bonum eorū exemplum. Et
enim, vt dici ſolet, Regis ad exemplum to-
tus componitur orbis. Si ſecus agant, con-
ſideranda eſt diuini Numinis vltio, qui re-
gnare facit hypocritas & simulatorē ob-
populi peccata. Hæc autem Diuina œco-
nomia ſuam etiam affert pijs vtilitatem.
- R. Tu igitur, Paule, non es in ea ſententia, vt exiſtimes
nobis eſſe licitum, bellum gerere contra noſtroſ prin-
cipes. & magistratus; quamuis Euangeliū curſum,
noſque è medio tollere conentur.

P. Ita

P. Ita sentio, atque hæc adiicio: veluti conclusionis loco: quod quisquis se opponit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi condemnationem auferent, meritasq; pœnas dabunt. Nam cùm huius ordinis author sit Deus; sciant qui rebelles sunt magistratibus, sese cum Deo ipso bellum gerere: cùm fieri non possit, quin maximas calamitates sibi accersant.

R. O deplorandum seculi nostri statum! in quo videmus tot ciuilia bella, seditiones populares, subditorum proditiones, principum crudelissimas carnificinas, & plusquam barbaricas lanienas in subditos perpetratas! atq; hæc omnia religionis pretextu fiunt.

P. Hæc omnia accidunt vtriusque fortassis 3. partis culpa, populi nempe & gubernatoris. Nam plebs sui officij oblita, principis forte authoritatem contemnit: Rex contraria non veluti gregis pastor, sed veluti immanissimus tyrannus, saeuit, minimè considerata Regij muneric obligatione. Nam magistratus non sunt terrori bonis operibus, sed malis: idcirco non recte, sed prauè facientibus timorem incutere debent. Et propterea Deus euexit eos ad tantam dignitatem, vt eorū opera bonos cōseruet, malos autē coērceat. Ergo si tu (cùm autē te alloquor, oēs alloquor) tu, inquā, si nō vis metuere

tuere potestatem: rectè agito, & ab ea &
laudem & præmium consequeris; tantum
abest, vt e i te velis opponere.

R. Optima sane ratio ferendi hoc iugum, alioquin
importabile; ferendi, inquam, nō modò sine molestia,
sed etiam maximo cum fructu: sed serò sapient Phry-
ges, vt dici solet, Vtinam hæc doctrinam esset mul-
torum cordibus insculpta, vti ore tenuis à multis de-
catur. Eo enim pacto fidelium animi interna quic-
que potirentur: & Respubl. maiori tranquillitate &
pace frueretur.

P. Vbicunque tu fueris, hanc importunè,
opportunè, increpando, obsecrando, at-
que docendo obtrudit sententiam: ma-
gistratum nempe esse à Deo electum, sta-
tutum, & gubernandi muneri præfectum:
vt in eos animaduertat, qui praua faciunt;
boni verò studiosis solatium afferat. Quod
si feceris quod malum est, metue: nō enim
temerè gladiū gestat. Nam Deus, qui po-
testates euicit, eas etiam armat gladio vl-
tore. Itaque Dei minister est rex, princeps,
præfetus, siue quisquis aliis inferioris cō-
ditionis est q̄ magistratu fungitur; vt or ad
irā ei, qui, quod malū est, fecerit. Ut breui-
ter dicam, necesse est subijci potestatibus,
nū solūm propter itam: sed etiam propter
conscientiam. Etenim Christiani est offi-
cij superioribus obsecundare.

R. Eig

R. Ergo parendum censes magistratui, non modo paenae
metu, sed multò magis, qui etiam si magistratus in
conscientiam ius non habet; tamen cum Dei minister
sit, bona conscientia ei resisti non potest?

P. Sic sentio. Ob idque ostendendam in-
ternam animi vestri obedientiam, debitum- M4.17.22.
que officium, tributa magistratibus solui- 6.
tis. Siquidē ministri Dei sunt in hoc ipsum
incumbētes, ut rerum publicarum curam
gerant, fontesq; puniant, & insontes lau-
dent. Reddite ergo quod cuique debetur. 7.
Cui tributum debetis, tributum pendite;
cui vectigal, vectigal; cui item metum de-
betis, metum soluite, atque obedientiam;
cui honorem, honorem; sicuti debetur o-
mnibus superioribus.

R. Osi nosse, Paule, quot quantaq; lites sint inter nos
de reddendis tributis, soluendisq; vectigalibus; sane
mirareris. Sunt enim quamplurimi, qui Christianæ
libertatis prætextu, nullam esse bonorum proprietati-
tem asserunt; quiduis ad se rapiunt, rixas excitant,
magistratibus molesti sunt, communiones bonorum
vrgent, lites & iurgia fouent. Sunt rursus alij, qui vt
opiniones istas confutent, adeò tenaciter, adeò auarè
se gerunt in omnibus; vt quo iure, quaq; iniuria liti-
bus & contentionibus rapiant aliorum ad se bona.

P. Malefaciunt virique. Ego autem vobis
ostendam, quo modo futurum sit, vt quam
paucissima iudicia inter vos exerceantur:

8. nempe si vitam ita instituatis, ut nemo quicquam possit à vobis meritò flagitare, præter id vnum, quod ex charitatis lege alij aliis, perpetua quadam obligatione debemus. Nemini ergo quicquam debete, nisi hoc ut alij alios diligatis. Nā mihi credite, contentiones istæ & iurgia oriuntur inter vos, quia charitas fraternaque dilectio languet, & friget. Ut autem hoc obiter vobis dicam; Igitore charitatem legis esse epitomen. Nam qui diligit alterum, legem impleuit. Siquidem illud, non mœchaberis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, nō cōcupisces, & si quod aliud est mandatum, in hoc sermone summatim comprehenditur; Dileges proximum tuum sicut te ipsum. Nam charitas proximum nō afficit malo. Ut numero dicam, aut ego proorsus fallor, aut legis expletio charitas est.

R. Deus bone; nescio quo malo fato sit, ut nunc postquam Christi doctrinā sumus amplexati, minus inter nos vigeat fraterna dilectio. Antea enim cum tenebris ignorantiae, veluti obruti essemus, versaremur que in superstitione & falorum cultuum caligine, ex videbatur inter nos concordia, ea dilectio, id virtutis studium, ut prauæ cupiditates non itare gnarent, ut nunc videmus ubique grassari.

P. Hoc, mihi frater, ne quaquā Euangelij prædicatio-

dicationi tribuendū est, quod eo recepto,
 sitis peiores (sī, vt dicis, peiores estis) sed
 hoc potius Diuinæ legi acceptū ferre de-
 betis; quod pristinā illam vitā vestram me-
 lius nūc dignoscitis. Nam lauata charitas,
 charitatis nomē non meretur; fucatū pro-
 bitatis studium, diuina laude & cōproba- ^{11.}
 tione caret. Ergo nūc Euāgelij luce collu-
 strati, veræ dilectioni, veræq; probitati in-
 cumbite: idque perspecta opportunitate;
 q̄ videlicet tempestinū iam sit à somno ex-
 pergisci. Nūc enim, postq; ēternus Dei ser-
 mo factus homo, mūdo apparuit, propin-
 quior nobis est salus q̄ cū existimabamus
 omnia in tuto esse. Maiores enim pietatis
 progressus iā fecimus, quàm habebamus
 in initio, cum Euangeliō credidimus; dis-
 cessit ignorantiae nox, dies autem cœlestis
 luminis accessit. Deponam⁹ ergo tenebra ^{12.}
 rū opera, & induamus arma lucis, vt Chri-
 stianis virtutibus ornati, honestè gradia-
 mur, vt in die incedere oportet, & vt pios
 decet, nos geramus. Non comessationi- ^{13.}
 bus & ebrietatibus nauemus operam; non ^{Lu. 21, 34.}
 desidia torpeamus; non petulantiae in-
 dulgeamus: non æmulationi, non luori;
 aut inuidiæ habenas laxemus. Sed in hoc
 potissimū ingenij neruos intēdamus oēs,
 vt Dominum Iēsum Christum induamus; ^{14.}

taleque sit sanctimoniae studium in nobis,
tantaque dilectio; ut qui viderint nos, vera
CHRISTI membra se vidisse dicant. Ergo
carnis curam nequaquam gerite ad eius cu-
piditates explendas; sed spiritus potius pa-
ci & gaudio consulite. Hac enim ratione
diuino Numine afflati, non solùm vestris
magistratibus obtemperabis: verumet-
iam mutuam dilectionem inter vos foue-
bitis.

R. Si Euangely professores ad hunc modum suos mores
componerent, eorum exemplum alliceret quamplu-
rimos ad amplexandam cœlestem veritatem: sed (ut
ingenuè dicam, quod res est) licet iosa nostra vita ab-
sterret imperitorum animos ab Euangely receptione.
Deinde quid tibi narrem, Paule, de certaminibus, al-
tercationibus, ad conuitia usque & iniurias, propter
res medias & ceremoniales? Quarum obseruationes ho-
mines, ut ego quidem arbitror, nec reddere possunt me-
liores, nec Deo gratiiores. Simul ut coaluit hac nostra
Ecclesia Roma; insurrexerunt quidam vel ex Iudeis
oriundi, vel in Iudea versati, vel, quod magis credo, ab
Hierosolymitanis doctoribus instituti atque excitati:
i, inquam, tam vehementi studio urgent legis Mosai-
ca ceremonias, ciborum delectum, festorumque atque
sacrorum dierum obseruationes, atque alia huius ge-
neris; ut suo Zelo omnia permisceant ac perturbent:
nostrates vero ex aduerso in contrariam partem, vel-
uti consultò propendentes, omnes res medias nihil
faciunt;

faciunt; & quod deterius est, earum doctores & professores etiam aspernantur; indignisque sannus irridet.

P. Peccant utriusque, studio partium nimis *Caput 14.*
addicti, & fortassis conscientia reluctante.
Vos autem veræ pietatis professores, si op-
pratis animo esse tranquillo, nullique pre-
bere offendiculum, hæc in rebus mediis
seruare præcepta. Si quis inter vos est fide *1.*
infirma, qui nondum veræ libertatis Chri-
stianæ lucem habet; huic subuenire incun-
ctanter, nullaque cum animi dubitatione:
non ut certamina, aut disceptationes cum
illo ineatis; sed potius ut leniter & patien-
ter eum erudiatis. Nam aliis, videlicet qui *2.*
perfecta fide est, credit sibi licere omni-
bus vesci; modò ne natura sint noxia cor-
pori? At, qui debilis est fide, is oleribus ve-
scitur, aut carne in lege Mosis non vetita.
Lex igitur hæc sit inter vos. Qui vescitur *3.*
omnibus, libertate nempe Euāgelica præ-
ditus, is non vescentem quoquis ciborum
genere, sed se à nōnullis continentem, ne
contemnito. Nam **C H R I S T I V I U M** mem-
brum, quamuis infirmum, contemnere
nefas est. Qui autem ex aduerso vesci qui-
buslibet veretur (quoniam non fecit eos
progressus in Christianæ libertatis cogni-
tione, quos oportuit) is, inquam, vescentē

quo quis cibi genere, non statim impietatis
 arguat, aut condemnnet. Etenim Deus & il-
 lum qui edit, & hunc qui non edit, ut
 C H R I S T I membræ (modò fide id faciant)
 amplexatur. Idcirco nec contemni, qui
 non edit; nec condemnari qui edit, meri-
 tò potest. Sanè si isti coram me essent, hac
 cum illis oratione ageré; ac primùm qui-
 dem compellarem illum, qui tantum iuris
 sibi usurpat, ut alienum seruū condemnnet:
 Quis tu, obsecro, es; qui contemnis alie-
 num famulum? Proprio Domino stat, aut
 cadit; stabilierunt autem: potest enim Deus
 eum stabilire. Quod si vel maximè iste la-
 batur, perdatur, damnetur; Deo, non tibi,
 aut perditur. Quod attinet ad de-
 lectum dierum, alius quia adhuc in igno-
 rancia versatur Christianæ libertatis, diem
 à die discernit, festum profesto antepo-
 nens. Alius cognitione illustratus, omnes
 dies eodem loco habet; nullo festos à pro-
 festis discrimine discernens. Inter hęc duo
 extrema tutò versari debet Christiana con-
 scientia. Oportet enim, ut unusquisque in
 animo suo plenè certus sit, hoc est, ut plenè
 de sua libertate ei constet, quānam sit vi-
 delicet; & cuiusmodi eius usus. Infirmivi-
 cissim quotidie debent proficere, longio-
 resque progressus in Christianæ libertatis
 cogni-

cognitione facere. Hoc enim pacto, neq;
illi abutentur Dei dono; neq; isti in sua in-
firmitate sibi semper placebunt. Ut paucis
transigā, habeant vtrīq; suā exploratā con-
scientiā, & sententiā; summa ope huc nitā-
tur, vt qd faciunt, id se recte facere, credāt.
 R. Saluberrimū profectō consiliū: nam quādiu homines
in consultā conscientiā pēdēnt ab aliorū dictis, vele exē-
plo, semp animus fluctuat; at qd in dubio est, paulo
momēto huc & illuc, p tēporis mutatione, impellit.
 P. Melius intelliges meā regulā, si exemplis
quibusdam illustretur. Erit autem eadem
ratio de rebus similibus. Vide, obsecro: Il- 6.
le qui diē curat, discriminēq; aliquod ponit
inter diē & diē iuxta legis Mosaicæ præce-
ptū, is dubio pcul hoc facit, ne Dñs offen-
datur; qui discrimina dierū in sua lege præ-
ceperat, neq; enim didicit adhuc libertatē
Christianam de sublato dierū discrimine:
quare laudādus est potiū, quā vituperan-
dus, quod non audeat aliquid facere non-
dum confirmata conscientia. Cōtrā verò,
qui nō curat diē, & peræquè estimat diem
quemuis nullo assignato discrimine, inter
festū & profestū: hoc etiā in gratiā Domini
agit; quia scit vsum Euangelicæ libertatis
Deo esse gratū. Eodē etiā pacto de ciborū
delectu iudicādū est. Qui enim cibis ves-
citur, lege Mosaicavetitis, modò sit prædictus

Christiana libertate, Domino vescitur: nā
 Deo gratias agit. Quique abstinet, ob fidei
 infirmitatem, Domino abstinet; & æquè
 atque alter ille Deo gratias agit: vides ergo
 vtrumque, Deum honore afficere; & si
 rem totam bene perpendas, Deum solum
 esse istarum actionum iudicem. Conserua-
 neum ergo est, ut de pressa animi nostri e-
 latione, qua alii alios, aut contemnimus,
 aut condemnamus; vni Deo relinquamus
 potestatem iudiciariam absoluendi atque
 damnādi; præsertim cūm eius seru omnes
 simus. Nullus enim nostrū sibi ipsi vi-
 uit, & nullus sibi ipsi moritur. Nam siue
 viuimus, Domino viuimus: siue morimur,
 Domino morimur. Ut paucis perstringā-
 nō est quod de ciborum vel dierum, vel a-
 liarum mediariū retū ysu, disceptemus: sed
 in hoc potissimum ingenij neruos omnes
 intendamus, ut siue viuamus, siue moria-
 mur, Domini simus. Nam hanc ob causam
 & mortuus est, & resurrexit, reuixitque
 CHRISTVS, vt tum mortuis, tum viuenti-
 bus dominetur. Tu verò (scis quos allo-
 quar) tu, inquam, cur fratrem tuum infir-
 mum, cōmiseratione potius dignū quam
 insectatione, condemnas; pro cuius salute
 CHRISTVS mortuus est? aut tu iactabun-
 de de tua Christiana libertate, cur est tam
 arro-

2. Cor. 1.10.

arrogans, vt fratrem tuum tam elato supercilio pro nihilo habeas? Deberes sanè timidam illam agendi rationem non diffidentiae insimulare, sed candidè interpretari; Deoque & eius C H R I S T O, iudicium relinquere. Omnes enim ad C H R I S T I tribunal sistemur; vt testantur sacrarum Scripturarum pronunciata. Præsertim v-

11.

rò Esaias ad hunc modum Iehouæ nomine Esa. 45.23.

loquitur: Sic viuam, inquit Dominus, vt P hi. 2.10.

mihi flegetur omne genu, omnisque lin-

gua Deum celebrabit. Itaque cùm vnus- 12.

quisq; nostrum causam dicturus sit, apud Deum pro seipso, non autem pro alio: qui sit vt inter vos tam multi sint de aliena sa-

lute curiosi. An tantùm illis otii à re sua est,

aliena vt current? Valedicite ergo, precor,

huiuscmodi contentionibus, ne que am-

plius aliis de alio iudicetis. Sed hic potius 13.

adhibete iudicium; vt ne offendiculum

R. ponatis fratri, aut scandalum.

Vt ingenuè tibi aperiam meum animum, Paule, non nihil commoueor nouitate huius doctrine. Vix e-
xim possum percipere, quo pacto legis paedagogia ab-
rogata sit; C H R I S T I beneficio, ys qui libertatem Euangelicam norunt; cùm dicas, oportere nos, in ha-
iis libertatis usum considerare, quid expediat, vt fra-
tri infirmo consulatur: asserisq; hoc pacto, minimè a-
mitti Christianam libertatem.

14. p. Meam mentem hac de re tibi paucis ex-
 planabo. Ego quidē scio, & fidei luce cer-
 tus sum, per Christum Iesum, nihil esse
 suapte natura prophanum, ut possit ani-
 mum coinquinare. Liberum igitur tibi
 est, vesci quovis; modò tuꝝ naturæ id con-
 ueniat. Nam Christi præsentia ablata sunt
 legis umbræ, omneque ciborum genus
 mundum purumq; est mundis, atque pu-
 ris, id est, verè credentibus; adeò ut nulla
 res per se prophana sit, aut impura. Sed a-
 nimaduertere, quod dico: prophanum enim
 aliquid est, soli prophanum esse existi-
 manti. Verbi gratia: Putat quis, se vescen-
 do peccare, is aut abstinere debet, aut su-
 perstitionis illam religionem abiicere.
 Quod si ea minimè deposita, vetitis cibis
 vescatur; peccat sine dubio. Deinde si pro-
 pter esum tuum liberum, nulla habita dif-
 ferentia ciborum, frater tuus aut offendit-
 tur, aut sinistrè de te cogitat, aut si apertè
 tecum nō expostulat, saltem interno tan-
 gitur dolore: iam istud sanè tuum factum
 Christianæ charitati minimè est consen-
 taneum: quod eo præsente escis in lege
 prohibitis vesceris. Est quidem omne ci-
 borum genus per se mundum, & tuid no-
 sti: itaque liberum tibi est quibuslibet ve-
 sci? Sed ista tua libertas debet charitati ob-
 sequi;

15.

sequi; debesque abstinere, si videas, ve-
scente te, infirmos offendum iri. Quan-
quam enim tu liberes, non tamen ves-
cogeris. At alios non offendere, semper
cogeris; itaque hic peccas, si vesceris.

R. Crudelis projectio animi est, pluris sacre escam,
quam fratris salutem.

P. Ne ergo esu tuo, quæ res vilis est, parui-
que momenti, eum perde, pro quo Chri-
stus mortuus est. Bona quidem est Euau-
gelij libertas, sed tam præstanti bono vos
abuti non debetis, ad aliorum offendio-
nem. Ne ergo committite, ut vestra cul-
pa male audiat bonum hoc libertatis Eu-
angelicæ, quia vos abutimini: Nam re- 17.
gnum Dei non est cibus & potio, neque in
edendo aut bibendo consistit. Sed ibi po-
tiùs regnat Deus, vbi est innocentia, vbi
pax, vbi gaudium in Spiritu sancto. Atque
hinc emanat pietas, hinc probitas, hinc
denique spes æternæ beatitatis potiundæ:
ac mihi crede, qui in his Christo seruit, is 18.
& Deo acceptus est, & ab hominibus pro-
batur.

R. Satisfecisti planè mea dubitationi, facileq; tibi af-
sentior in hac Diuini regni descriptione. In eo enim si-
tū esse arbitror, si Spiritus S. animos nobis ita apuerit
illustrauerit q; vt fidei luce, Dei bonitatē penitus sen-
tiamus: eadēq; fide, veluti manu clementiss. Numinis
miseri-

misericordiam in suo Christo amplexemur: vt hoc pacto iusti & salui simus: tranquillag, conscientia in Dei conspectu, cum timore & tremore, versemur.

19. P. Rem tenes. Igitur omni adhibita diligentia sequamur nos Euangelii professores, atque ea quæ pacis, quæque mutuæ instructionis sunt, se cœtemur: nè ve esus causa, vel, vt rectius dicam, tuæ libertatis abusu destruas opus Dei. Omnia quidem, vt nuper dicebam (fulgente Euangelii claritate, & ablata Mosaicæ legis pædagogia) pura sunt, per quæ Christum munda, intamioata, & sincera: sed in eo malū est, si quis cum alterius offensione vescitur: vt verbo dicā, peccat hīc Euangelicæ libertatis assertor, vel propugnator: non quia vescitur quibusuis, sed quia repugnante charitate vescitur.

R. Utinam omnes Euāgelici intelligerent usum Christianæ libertatis. Hoc enim pacto fieret, vt nos omnes totam nostram vitam ad mutuam potius ædificationem referremus, quam ad ostendandam libertatem nostram magno cum aliorum offendiculo.

P. Vide, quanti ego faciam mutuam hanc piorum ædificationem. Meministi quæ dixerim, de rerum creatarum natura, pura, & munda omnibus puris & mundis: vnde colligere potes, mihi licere, quo quis vti potu aut esu. Nihilominus consultissimum esse

esse existimo, non vesci carnis, neque
bibere vinum, neque quicquam sumere,
in quo frater meus impingat, aut offendatur,
quamdiu infirmus est.

R. Perdifficile est, hoc doctrinae genus ab utrisque retineri; ab alijs nempe, qui Euangelij libertatem agnoscunt:
& ab alijs qui tanta fidei firmitate praediti non sunt.

P. Imò facile mea quidem sententia; utriusque venturum hac doctrina; modò unusquisque caueat præcipitia. Audi priùs cautionem valde necessariam ei, qui in Euangelij cognitione longiores fecit progressus, atque idcirco Christianam suam libertatem ostentare vult. Hunc sic ego alloquor: Tu fidem habes, apud te me ipsum habe certam notitiam Euangelicæ libertatis es adeptus, thesaurum hunc seruato penes te, quo videlicet tempestiuè prudenter & utiliter utaris. Ac mihi crede, illum esse beatum, qui non damnat seipsum, in eo quod probat. Noui enim quā plurimos ore quidem tenus iactantes Christianam & Euangelicam libertatem: non quia reuera à Deo edocti, hoc intus & in conscientia sentiant; sed quia ex aliorum oratione, aut scriptis id dicerunt. Ille autem felix est, qui ex conscientiæ sensu, &c

ex di-

ex diuini Numinis afflatu improbanda,
probandaque callet.

R. Bene multos ego noui istius scholæ discipulos: qui
cum primùm aliquid legunt in aliorum libris, aut ex
eorum dictis & concionibus colligunt: statim veluti
numeris omnibus absolutam fidem sint assequuti, ea
dicunt, quæ non intelligunt: ea aggrediuntur, quæ nō
agnoscunt: ea deniq; faciunt, quæ propria conscientia
nequaquam approbant. Sed his relictis querimonijs:
quam, doces cautionem ijs qui in fide adhuc sunt in-
firmi?

23. P. Breuissimam sanè & utilissimam, ut ego
arbitror. Qui discrimē facit ciborum, ani-
moq; adhuc ambigit; si ederit, condemnata
tus est. Ratio est, quia nō edit ex fide: quic-
quid verò ex fide non est, peccatū est. Non
igitur temerè solo aliorum exēplo incitati,
titubante interim cōscientia quicquā de-
bemus agere; quoniā sine peccato id fieri
non potest; quod fit reluctante conscientia.
Si ergo vides alios Euāgelica vt libertate,
fidem tuam consule, antequām eos imite-
ris: vt nihil prorsus aggrediaris, quod com-
probante conscientiæ, & spiritus testimoni-
o, Deo esse gratum non agnoueris.

Caput 15. R. Nunc planè video, quantum sit periculi in ostentan-
da Euāgelica libertate, nō iacto prius fidei, Diuiniq;
metus fundamento: vnde proficiuntur fraterna char-
itat is studium. Sed, vt dicam, quod res est, Paule, po-
pulares

pulares tui nimium retardant Euangeliū cursum in nostra Ecclesia, mordicus adhuc retinentes legales obseruationes: nos autem imbecillos istos minimè tolerandos arbitramur. Hinc inter nos iurgia, hinc ceteramina, & contentiones.

p. Atqui ego contrarium sentio. Debet 1.
mus enim nos qui sumus robustiores, firmioresque, ac fortiori fide prædicti, debemus, inquam, imbecillitates infirmorum portare, & humeris (vt ita dicam) charitatis sustentare: non autem nobis ipsis placere: Quin potius nostrum quisque alteri 2.
placere, indulgere in bonum, atq; ad eius ædificationem & instructionem studere,
charitatis officio tenetur. Quod ex Christi exemplo, vel maximè colligi potest; qui nihil non pertulit, vt non infirmos modò, sed etiam crudelissimos hostes, patientia viatos, ad patrem adduceret. Itaque hic 3.
Dei & hominum mediator, non indulxit sibiipsi, non sibi tantum placere studuit:
sed quemadmodum à Propheta Regio li- Psal. 69.
teris mandatum fuerat: conuicia eorum qui cōuiciantur tibi, inciderunt in me) omnes contumelias, dedecora, cruciatus denique, & infamias in se ipse suscepit.

Ita ne arbitris sententiam illam Davidis, vaticinum esse de Messia: nosq; eius exemplo ad patientiam per Prophetam admoneri.

P. Sic

P. Sic existimo. Nam quæcunque in maiorum nostrorum libris scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt; ut per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus. Credendum est enim, cùm sint sacri spiritus verba: non esse inutilia, aut vana; sed ad instructionem nostram facere.

R. Mirum est, nos semper versari in sacrorum librorum lectione, & tam parum proficere in his virtutibus. Nam quotusquisq; est hodie, qui norit virtutem à Deo dari fortibus, non vt debiles condemnet; sed vt eis auxilium ferat? *Quis etiam est, qui ex librorum sacrorum lectione solarium spiritus accipit, tam copiosum, vt in rebus aduersis non succumbat?*

P. Virtutes hæ, mi frater, à literis non pendent, sed à spiritu diuini Verbi, in literis latente; quem nisi habeatis, in literæ cortice semper hærebitis. Ego autem precor,

5.
E. Co. 1.10. vt Deus, qui patientiæ & consolationis autor est, suo spiritu vos doceat, vobisque donet, vt eodem animo inter vos mutuo affecti sitis. secundum Christum Iesum; vt que eius postulat doctrina & exemplum: atque hoc pacto concorditer uno ore glorificetis Deum, ac Patrem Domini nostri Iesu Christi. Cuius animi lenitatem imitantes, vos precor, vt alij alios assumatis; fratribus infirmioribus subueniatis, sicut & Chri-

& Christus nobis subuenit, nosque assumpsit: in eum tantum finem, ut patrem suum nostrumque Deum gliosum redderet. Habetis, scio, inter vos bene multos ex meis popularibus adhuc imbecillos, & infide infirmos: sed Christi exemplo oportet, vt eorum curam geratis, habita ob oculos cœlestis Magistri imitatione, qui Iudæos, quantumuis indignos, tamen propter promissiones cum patribus eorū sanctitas, eo honore dignatus est, vt etiam ministri officio sit apud eos incredibili cum patientia defunctus. Quod si Dei filius tantum fecit istos homines: pietati consentaneum est, vt vos non solum eos non rejiciatis, aut aspernemini; verum etiā spiritu charitatis accési eos suscipiatis, doceatis, atq; prudéter magis ac magis ad Euágelicę libertatis cognitionem promoueat. Sic enim ego docere soleo, Iesum Christum ^{8.} ministrum fuisse inter circumcisos; vt patris fidem in eo conseruaret; quod ille majoribus promiserat. Itaque pro Dei veritate & promissionum confirmatione, nihil non præstítit Christus apud Israélitas.

R. Vera quidem sunt, sed eorum ingratitudo ad tantam diuini Numinis beneficentiam, in causa est, vt illis rejectis, nos simus Dei populus.

p. Eorum sanè peccata, reiectionis causa
M. sunt;

*Psal. 18.50.**I. Re. 21.50.**De. 32.43.**Ipsal. 117.7.*

10.

11.

Esa. 11.10.

12.

sunt; sed vestri receptio ab incomprehen-
sibili quadam clementissimi Numinis bo-
nitate pender. Atque idecirco vos Romani
nō debetis animo insolescere; sed pro mi-
sericordia potius vobis collata, Deum glo-
rificare; quemadmodum in sacris oraculis
edocti estis. Videtis enim quid Propheta
Regius dixerit: Propterea, inquit, confite-
bor tibi inter gentes: & nomini tuo psallā.
Etrursum dicit: Gaudete gentes cum po-
pulo eius. Etrursum: Laudate Dominum
omnes gentes, & collaudate eum omnes
populi. Propheta etiam Esaias æternum
Dei decretum de gentium vocatione con-
firmans, sic ait: Erit radix Iessæ, & qui exur-
get ad imperandum Gentibus, in ipsum
gentes sperabunt. Hinc colligere potestis,
vos esse vocatos ad cœlestis Regni partici-
pationem; non propter Iudæorum pecca-
ta, multo etiam minùs ob vestra merita:
sed quia Dei bonitas ita voluit. Oportet
ergo, ut quemadmodum ille suam miseri-
cordiam ostendit erga nos: sic etiam vt nos
vicissim misericordes simus erga alios.

R. Utinam hac doctrina altas radices agat inter nos
omnes.

13. P. Ego etiam precor, vt Deus spei autor, &
in quo vno spes omnium sita esse debet;
omni vos gaudio spirituali, tranquillitaté-
que &

que & animi & conscientiae pace repleat,
atque hoc in vera fide: ut credendo, spe
abundetis per virtutem Spiritus sancti.
Nam merito Dei beneficio spiritus vi, atq;
fidei opera, ad haec Christianæ pietatis or-
namenta peruenire homines possunt.

R. Ut iam tandem finem imponamus huic nostro col-
loquio, Paule, non possum satis mirari tuam hanc li-
berrimam agendis rationem erganos. Nequaquam e-
nim te latet, quanta sit dignitas atque excellentia
huius urbis, que caput est orbis. Ausus est autem scri-
bere ad nos Epistolam hanc quasi sacrarum rerum i-
gnaros, sive quasi inter nos nulli essent doctores, atque
pastores, quorum opera, oratione & scriptis diuina
voluntas nobis patesieret.

P. Evidenter mihi frater, hoc ipsum quod dicis, 14.
de vobis persuasum habui. Vos, inquam, bo-
nitatis studio plenos esse, omniq; scientia
rerum diuinarum refertos; adeo ut possitis
vos inter vos alij alios cōmonefacere, & in
Christi disciplina instituere atq; cōpone-
re. Vnde ad vos scribēs nolui mihi usurpa- 15.
re doctoris, aut censoris dignitatem: sed ut
vobis memoriā refricarē, scripsi ex parte
audacius, iure mihi à Deo concessō, ut qui
sim Iesu Christi minister gentibus admi- 16.
nistrandō; & pro te augustissima, prædi-
cando Dei Euangelio: ut libatio, qua Deo
gentes offero, fide purificatas: accepta

Deo sit; quum iam sit sacro afflatus sacrata.
Ergo non vestri docendi, multò etiam mi-
nus arguendi causa, sed submonefaciendi
potius, literas has scripsi.

R. Atqui non pauci sunt, qui audax facinus hoc ap-
pellent, elatiq; animi morbo tribuant. Tui præsertim
populares, finistros de te spargunt rumores, vt apud
imperitos tuo ministerio inuidiam conflent. Aegrèt-
nim ferunt, quod Iudaïs veluti spretis, ad gentes te
conferas, inter quas non multum adhuc promoueris.
Quid autem impedimento fit tua prædicationi; me
prorsus latet.

P. Istorum hominum rumores ego nequa-
quam moror, de meo autem munere, quo
sum (Dei beneficio) ornatus, vteius quali
instrumentum sim in gentibus, Euangelio
instruendis, Deoque offerendis; habeo sa-
nè quod glorier; si non superbè apud ho-
mines; at certè submissè apud D E V M, in
CHRISTO IESV, cui omnia bona acce-
pta fero. Quod ad fructum meæ prædica-
tionis attinet; equidem non sustinuerim
quicquam loqui, quod nō effecerit Chri-
stus per me, in adducēdis ad obedientiam
Gentibus: adducendis, inquam, tum ver-
bis tum factis: factis quidē, virtute signo-
rum & prodigiorum; verbis etiam & ora-
tione, in qua Dei spiritus suam virtutem &
energiam exerit: adeò, vt ab Hierosolymis
& cir-

17.

18.

19.

& circumiacentibus regionibus ysque ad
Illyricum, impleuerim prædicandi Euangeliij CHRISTI munus.

*Quid alij Apostoli qui viderunt CHRISTVM,
an non ipsi quoq; in illis regionibus predicarunt?*

*Quid alij fecerint, meum non est iudicare. Hoc possum bona conscientia asserere,
me animo cōtendisse, &c, vt ita dicam, ambiuisse, vt mea Euangelij prædictio fieret,
non vbi iam cognitus CHRISTVS & no-
minatus est; sed vbi eius ne mentio qui-
dem vlla facta fuisset.*

Quas ob causas?

Habui quidem huius mei consilij bene
multas, quas recensere opus non est. Id in-
ter alia obseruaui, ne super alterius funda-
mento superstruerem: habebamque sem-
per ob oculos vaticinium illud Esaiæ, quo
Euangelij enunciatio inter Gentes mani-
festissimis verbis describitur. Quibus, in- *Esa.52.26.*

quit, non est enunciatum de eo (loquitur 21.
autem de diuini Numinis manifestatione,
qui CHRISTVS est) videbunt: quiq; nun-
quam de eo antea inaudierunt, intelli- 22.

gent. Atque hoc erat quod in huius Epi-
stolæ exordio dicebam esse impedimen- *Sap.1.13.*
tum; quo veluti detentus, venire ad vos 1.The.1.17;
non poteram: quamuis sæpè hanc profe- *Sup.1.11.*
ctionem in votis habuerim. Nunc verò 23.

cum non amplius habuisset locum in illis regionibus, teneret autem desiderio veniendi ad vos: & certe multis ab hinc annis, iter meum sic institueram, ut in profecitione Hispanica inuiserem vos: sperabam enim fore, ut hac præteriens viderem vos; & à vobis deducerer illuc. Ea tamen conditione, ut prius vobiscum aliquot dies versatus, meam vestri auditatem non nihil expleuisse; & vestra consuetudine quodammodo meo desiderio satisfecisset. Tunc enim cum Epistolam hanc scripsi, proficisciabar Hierosolymam; ut ministrare sanctis, qui Evangelio CHRISTI nomen derant. Vizum enim fuerat Ecclesiarum Macedoniae atque Achaeorum, nonnullum ex suis rebus munus confidere; ad pauperes sanctorum Hierosolymarum degentium sublevandos: sic enim illis Ecclesiis vizum est, & quidem eis debent. Nam quamvis voluntariæ sunt eleemosinæ, eas tamen ex charitatis lege debemus. Consentaneum enim pietati est, ut si spiritualia Israëlitarum bonagentes participarunt; debeant etiam ipsæ gentes mortalia & peritura bona illis communicare. Sed, ut redeam ad institutum, hoc cum perfecisset, atque sanctis Hierosolymitanis eleemosynam illam consignasset, abire hac in Hispaniam decreueram.

2. Cor. 9. 11.

ram. Conceperam etiam magnam spem 29.
 de diuini Numinis erga me liberalitate; at-
 que certo certius noueram , me cùm ve-
 nirem ad vos, vacuum non esse venturum;
 sed cum plena potius benedictione hu-
 bertate, ornamenti, donis deniq; & fru-
 stibus Euangelij. Tantum enim mihi pol-
 liceor de Dei amore erga meum ministe-
 rium, vestramque Ecclesiam. Id circò pre- 30.
 cabar vos per Dominum nostrum Iesum
 Christum, & per charitatem spiritus, vt
 mecum certaretis: mihique auxiliaremini
 vestris apud Deum precibus; primùm, vt 31.
 liberaret me ab iis qui in Iudea (proh do-
 lor) rebelles sunt, & contumaces: deinde,
 vt ministerium illud meum ac benignita-
 tis donum, quod eis tanquam eorum mi-
 nister ac Diaconus afferebam Hierosoly- 32.
 mam, gratum esset sanctis; vt absoluto hoc
 officio, poste à cum gaudio venirem ad vos
 per voluntatem Dei; vnaq; vobiscum re-
 focillarer. Sed vides, mi frater, quam di-
 uersum exitum dederit Deus meo consi-
 lio atque deliberationi.

R. *Nouum hoc non est, Paule. Sic enim solet Deus non raro agere cum suis seruis; vultq; interea lo-
 ti, vt toti pendeamus ab eius nutu & prouiden-
 tia; atque certo nobis statuamus, eum rerum*

exitum ei esse gratiorem, nobisq; viliorem, non qui
nobis arridet; sed qui eius prouidentia placet. Si tum
temporis venisses Romam, hinc postea abiturus in Hi-
spaniam, fortassis aliquid tribuisses tuae diligentia.
Caro etiam, vt est gloria cupida, suos optasset trium-
phos, quod in tā celebri loco auderes enunciare Chri-
sti Euangeliū. Nos denique non exuti pristinis affe-
tibus, Euangeliū progressum inter nos tribuissimus
prorsus tuo aduentui & tuis concionibus. Nunc au-
tem venisti tu quidem ad nos, sed non eo tempore,
quo optabas; neque ea qua volebas libertate. Nam,
vti vides, nūc carcer, custodes, compedes, boina, cate-
næ sunt triumphi tui Apostolatus; vt Christi crux su-
am gloriam retineat in hac tua inter nos predicatio-
ne. Nequaquam me latet, fore quā plurimos ex no-
stris ciuibus, qui lubenti animo audirent tuas concio-
nes; si in publico tibi siceret Euangeliū predicare:
nunc autem vinculis tuis offensi, ne te quidem adire
dignātur. Sed quid? valeat carnis prudentia cum sua
ambitione; regnet q; Christus vel cum sua cruce. Que
Iudeis quidem scandalum est, Gentibus autem stul-
titia; nobis verò credentibus, Christus crucifixus Dei
potentia est ac sapientia.

33. P. Exhilaras me sanè tua ista oratione, sen-
su pietatis plena: Deumque precor, bono-
rum omnium autorem, & largitorem, vt
pro isto tuo erga me officio, vel pietate po-
tiùs, tibi omnibusque Christi Euangeliū
amplexan-

amplexantibus det gratiam, pacem, atque
prosperitatis genus omne.

R. Amen.

P. Postrema huius meæ Epistolæ pars com-
mendationes cõtinet, & salutationes. Pri- Capit. 16.
mùm quidem commédabam vobis Phœ- 1.
ben, sororem nostram, Ecclesiæ Cen-
chreensis ministram. Ut eam suscipere- 2.
tis in Domino, atque ita ut sanctos decet
ei faueretis, in quounque tandem ne-
gotio vestra indigeret opera. Nam & ipsa
multis adfuit; tum etiam mihi ipso.

R. Fæminam vidi sanè honestissimam, tuaque com-
mendatione dignam: nec immerito ei tribuis tam
egregia epitheta. Vocas enim eam sororem, idest, ut
ego arbitror, eiusdem religionis consortem. Sed qua-
remistram appelles, non intelligo.

P. Fortassis vos non stabiliuistis adhuc in
vestra Ecclesia huiuscmodi ministerium.
Ego autem vbiq; Euangelium annun-
cio, & Ecclesiæ ordinem constituo, ibidem
inspicio, an sit aliqua mulier vidua, liberis
orba, à rerum domesticarum cura libera;
& talis, ut cum anus sit, & honestè sancte q;
vixerit, nulla in eam suspicio cadere posse
videatur. Hanc, inquam, si inuenio (quan-
do hæc rara avis est) in publicum Ecclesiæ
illius famulatum admitto: sanctorum ne-
cessitati ministraturam. Talis erat hæc fœ-

M 5 mina,

mina, quam hisce elogiis ornaui. Adhortabatur autem vos ad humanitatem exercendam erga illā, sumpta ratione à vestro officio. Debetis enim vos, ex idolorum cultoribus facti Euangelij professores, amanter complecti omnes; & potissimum eos, qui de Ecclesia bene sunt meriti.

R. *Præstitimus illi quicquid à nobis petet; quod nostra facultate perfici potuit.*

P. Atqui non èd pertinuit solum huius feminæ ad vos commendatio, vt ei essetis adiumento; sed etiam volui, vt matronæ vestræ Romanae, quæ iam Christo nomen dederant, illius exemplo discerent; cum pietatem & honestatem; tum etiam sedulum studium inseruendi toti Ecclesiarum, & bene merendi de pauperibus afflictis, ac decumbentibus, qui fœminarum indigent ministerio.

R. *Non prorsus fuit inane aut irritum hoc tuum consilium, Paule. Nam illa honestissima fœmina suo exemplo, & colloquijs, abduxit multas ex nostratibus à mundano luxu, voluptatibus, & delicijs huius urbis, quæ (mea quidem sententia) omnium quacunque in toto orbe sunt, voluptatibus deditissima est.*

3. P. Salutabam etiam Priscam & eius maritum Aquilam, meos olim in Christo Iesu adiutores: qui pro mea vita ceruices suas obie-

obiecerunt; idque tanta cum charitate; vt meam, quam suam, vitam maioris & ad Dei honorem, & ad aliorū salutē momen-
ti esse duxerint. Ideoque vitam sua sponte
morti opposuerunt, vt meam seruarent;
neque capitis periculum suscipere, meæ
vitæ tuendæ causa renuerunt.

R. Multa h̄c audiuimus de istorum coniugum pietate, & vita sanctimonia. Tuus etiam Lucas in sua hi- Aet. 8.
storia scripsit de illorum studio in promouendo Euangeliō; & erga sanctos charitatem; & quo pacto ab ipsis
sueris exceptus domo, quando Corinthum venisti.
Debemus sane istis multum, omnesq; Gentium Ec-
clesia, quæ Euangelium profitentur. Nam cùm tu nobis
Apostolus à Deo peculiariter sis designatus; qui
tuam seruavit vitam, in nos etiam magnum contu-
lit beneficium, qui tua prædicatione veram animi vi-
tam & salutem sumus consecuti. Salutabas etiam E-
pinatum præstatiſimum profectō virum, & in tuen-
da veritate constantissimum. Sed nescio quare illum
voces primicias Achaiæ.

P. Non est mirū. Nam vos Romani non estis
admodum assueti Hebræorum idiotismis.
Cùm autē istum ego vocauī Achaię primi-
tias; allusi enim ad sacrificia, quæ in lege
Mosaica fiunt ex primis fructibus; quibus
ego comparo eos, qui priores conuertun-
tur ad Christum. Iste autē Epinatus vir, vt
nosti,

nosti, integerrimus; primus omnium in Achaia Christum amplexus est; séque Deo sacrificari & dicari permisit, tanquam hostia Deo gratissima. Hæc sunt nostra sacrificia, mi frater, & aliorū sacerdotum noui testamenti. Huius generis hostiis litidis, vellem omnes Christianos, tum maximè

6. Dei ministros, incubere. Rogabam etiam, ut meo nomine salutaretis Mariam, quæ multum laborauit erganos. Salutaretis etiam Andronicum, & Iuniam cognatos meos, & concaptiuos meos; qui sunt insignes inter Apostolos; qui etiam ante me fuerunt in Christo.

R. Ita ne istos Apostolorum albo inscribis? At qui multis sunt in nostra Ecclesia, qui arbitrentur munus hec Apostolicum tantummodo ad vos pertinere; foreque temporarium.

P. Apostolos ego generali nomine voco, omnes à Deo missos ad prædicandum filij sui Euangelium. Optoque, ut quamdiu Christiana fuerit ecclesia: quamplurimi sint veri Apostoli, id est, à Deo missi qui eam doceant.

8. R. Salutabas etiam Ampliam tibi dilectum in Dominio. Item Urbanum, quem vocas tuum adiutorem in Christo; & Stachyn tibi dilectum. Item Apellen, quem dicas probatum in Christo.
- 9.
- 10.

P. Est sanè. Multis enim experimentis exploratam

ploratam habeo eius pietatem. Rogabam etiam, ut meo nomine salutaretis eos, qui sunt ex Aristobuli familiaribus. Item Herodionem cognatum meū; etiam eos qui sunt ex Narcissi familiaribus, & necessarios eius in Domino coniunctos. Neque tradidi obliuioni Tryphonam & Tryphosam, quos audiebā Domini causē incumberere. Etiam salutabam Persidam dilectam; quam multum in Domino laborare intellexeram. Recordatus etiam sum Ruphi, viri selecti in Domino; matrisq; eius; quæ tot me beneficiis affecit; ut pro mea ducā. Credo etiā salutastis meo nomine Asynkritum, Plegontem, Hermam, Patrobam, Mercurium, & qui cum eis sunt fratres. Item Philogum & Iuliam, Nereum & sorem eius. Item Olympam, & qui cum eis sunt, sanctos omnes.

R. Salutationes istæ tuæ nobis omnibus fuerunt longe gratissimæ: nam, vti nosti, Romani ciues gaudent vel maximè hoc salutando officio. Itaque multorum animos hac ratione tibi conciliasti.

P. Venit quidem mihi in mentem, tum temporis, iste mos apud vos receptus. Sed & alia fuit causa, ob quam nominatim salutaverim istos homines, nempe, ut eos vobis proponerem, veluti exemplaria quædam veræ probitatis & sanctimoniarum. Nam, si tu

verum

16. verum fateri vis , sunt isti homines digni, non solum honore & pretio, verum etiam tales, ut eos possitis vobis in pietatis negotio proponere imitados. Rogabam etiam vos, ut osculo sancto, casto & vere Evangelico & Christiano vos alij alios salutaretis; quo etiam pacis osculo Ecclesiae Graecorum vos salutabant.

R. Apud vos Iudeos sanctiori animo viereg, puriori datur & recipiuntur oscula pacis: apud nos vero multum est impunitatis & lascivie; presentim inter prophetas.

P. Hoc me minimè latebat; ideoque adieci sanctitatis epitheton, ut vestra oscula longè absint à prophaniissimis illis & sceleratissimis osculis, quibus impudici solent suam ostendere impunitatem. Sed his cominationibus relictis, ea te & alios vellem perpendere, quæ hic admonebam; suntq; maximi momenti. Precabar enim vos; uti

17. meos fratres & charissimos in Christo: ut specularemini dissidiorum & scandalorum autores, qui inueherent aliquid præter eam doctrinam, quam vos didicistis; utique ab eis caueretis & declinaretis.

R. Necessaria profectò admonitio, & quæ debebat nos reddere vigilatores: ne pura Euangeliæ doctrina, contaminaretur humanis inuentis, ne dicam nugamentis. Sed cum ista legeremus, magnopere sumus mirati, qui fieret, ut cum tam longum catalogū texuisses eorum,

eorum, quos nobis commendas, & tuis salutationibus
ornas: nullum tamē hic nominatim nobis ostende-
ris, quem fugere debeamus.

P. Non decet Christi Apostolos & Euangeliū annūciatores, leues ob causas quos libet nominatim infamare, aut suis scriptis
toti Ecclesiæ suspectos reddere. Cōtingit
enim non raro, ut plus detrimentiafferant
publicæ istæ infamiæ notæ, q̄ emolumen-
ti; nō tātūm iis quos monitos volumus; sed
etiā illis, à quibus cauendū esse suademus.

R. Experimento proprio didicit nostra Ecclesia, ista quo-
a ē esse verissima. Nā initio cū Euāgeliū annūciaretur
inter nos domatim, & priuatim, multi alioqui mini-
mē mali, noluerunt interesse nostris priuatī cœtibus.
Quidam autē ex nostris, bono quidem Zelo, sed im-
prudenti, ut existimo, eos taxādo, & nominatim per-
stringendo reddiderunt quā plurimos, & nobis ad-
uersarios; & Euāngelio hostes infensissimos. Qui si
■ suetudine Apostolica (quā tu hic vteris erga istos)
fuisserent tractati: dubio procul spes erat magna eos ci-
curandi, atq; ad nostrum cœtum adducendi.

P. Ergo istorum edicti exemplo, fugite hāc
præ posteram agendi rationē; Christumq;
potius imitamini; q̄ dans Cæsari, quæ erāt
Cæsarī, magistratibusq; relinquēs vitiorū
correctionem; ipse neminem nominatim
læsit; cōtra nullū famosos libellos scripsit;
nemini infamiæ notas inussit; sed mansue-
tissimo

tissimo, modestissimoque animo se gessit erga omnes; vel animi malignitate illi aduersantes. Satis vobis erit, si adhibita omnini diligentia, veluti in specula excubias agentes, prospiciatis eos qui dissidia excitant in vestro cœtu; & offendicula ponunt infirmis sua vita, aut malis prauisque persuasionibus doctrinæ (quam didicistis) contrariis. Et cum noueritis hos esse tales, quorum colloquia & exempla, vobis possint esse nocumento; declinate ab eis. Deū interea pro ipsis orantes, ut illis de spiritu resipiscentię, melioremque & sanctiorem mentem. Nolle autem disseminari inter vos simultates, discordias, dissidias, aut certamina; multo etiam minus spargi scripta cōuitiis, dicteriis & scismaticibus referta, aduersus eos qui vobis minime adhaerent; non malo fortassis animo; sed quia adhuc mordicus retinet, veteris, quam ab ineunte ætate imbiberunt religionis principia.

R. O Paule, vlcus nostræ Ecclesiæ veluti a digito tetigisti. Sed ne erremus hac in re, quibus notis, obsecro, poterimus dignoscere eos, quos declinandos atque cauendos suades? De doctoribus loquor, quorum iam magnus est numerus apud nos; & alij contra alios certamina mouent; tam acriter, ut misera plebs quid se vertat, nesciat: multo etiam minus, cui fidem præbeat; tā sunt contraria inter eos de religionis dogmatibus sententiae.

P. Multas

P. Multas notas posuit CHRI^STVS, ad dis-
cernēdos pseudodoctores, & pseudopro-
phetas; quas credo didicistis. Sed hīc ego
vobis aliquot assigno, quāt mea sententia,
satis cautos & prudentes vos possint red-
dere. Sit hāc prima nota, quāt duas habet
partes. Quando videritis doctores, & Eu-
angelij præcones Domino Iesu Christo
non seruire, sed potiū suo ventri; hos vel-
utilupos truculentissimos vitate.

P. Quid vocat seruire Christo?

P. Multa complector hac loquutione, quāt
nunc lōgum sit singulatim enucleare. Sed
cōsiderata nostri colloquij circumstantia,
seruire in Euangelij prædicatione est Ie-
sum, nostrum cognoscere Dominum; illi-
que soli seruos, & discipulos, non autem
nobis in etiis acquirere. Ut planiū dicā;
quando tu videris doctorem aliquem, eri-
gentem propriam sibi scholam, discipulos
sibi acquirentē, de catholica & vniuersali
Ecclesia nihil cogitantem, sed in hoc po-
tiū incumbentem, vt multos habeat ami-
cos, sectatores, laudatores, suarumq; con-
cionum & scriptorum admiratores: hic
niger est, hunc tu Romane caueto. Nam
mihi crede, Domino nostro Iesu Christo i-
ste non seruit, sed sibi: non quærit gloriam
redemptoris, sed suæ studet; suoque ven-

tri omnibus modis consultum cupit. Ventris autem nomine, non solum intelligas conuiuia aut ferculorum lauitias, quas isti ut sobrij videantur, non raro spernunt, sed intellige etiam diuitias, inanem gloriam, famam inter alios mortales; quam, quo iure, quaque iniuria semper isti aucepri solent. Et modò inter alios possint excellere, atq; eminere, nihil faciunt Christianę charitatis vincula; quam tamen alias miris encomiis euehunt, & plenis (quod dicitur) buccis detonant.

R. Hoc ne vocas ventri seruire? nil minus mihi veniebat in mentem. Nunc planè video, non paucos esse tam inter nos huius farina doctores. Sed ait istos dignosci posse ex blandiloquentia, & assentatione; quid obsecro, vocas blandiloquentiam?

P. Vtor hic duabus vocibus, quæ hypocritarum & simulatorum naturam graphicè depingunt. Sunt enim isti prædicti χειρολογια. Vocant Græci autem χειρόλογος, eum qui verbis multū pollicetur; re autem nihil præstat; tum illū, quē si audias, dicas de te & cōmodis tuis magis q̄ de seipso sollicitum; cùm intereā sibi soli consultum cūpiat. His virtutibus ornati sunt γλωσσαρεσ isti, vt tecum Græcè loquar, cane peius & angue fugiendi. Vtor etiam altera voce σιλαγια, quæ benedictionem sonat; qua isti simu-

sti simulatores uti solent, ad prædicandas
cū verbis, tum scriptis, sibi fauentiū lau-
des: vt non Euangelij doctores, sed assen-
tatores Heroum, & magnatum potius dici
debeant. Hac ratione solent isti decipere
homines, cæteroqui non malos, atque in
suas classes adducere: vel, vt rectius dicam,
casses irretire.

R. Adeōne arbitrarī, nos esse stupidos, vt iſtorum cir-
culatorum ingenia, & mores minimè cernamus?

P. Scio quidem vos esse prudentes, sed illa
vestra audiendi propensio atque obediē-
di (simplicitatem enim vocare nolo) illa,
inquam, facilitas recipiendi quicquid vo-
bis proponitur, omnibus notissima est.

Quam quidem virtutem ego magnifico, 19.
modo ad sit iudicium. Et gaudeo vos huius-
cēmodi obediētia esse præditos: sed cupio
mirum in modum, vt sitis sapiētes, & pru-
dētes in rebus bonis: simplices verò & in-
nocentes in malis. Et quamuis ex mei mu-
neris officio, vtar hisce commonefactio-
nibus erga vos: non dubito tamen, quin i-
pse Deus pacis princeps cōtritus sit Sa- Gen.3.
tanā sub pedes vestros: idq; citò, vt spero.
Habet enim ille clemētissimus pater, suo-
rum filiorum curam: neque sinet eos ser-
pentinis cōsiliis abduci à pietatis tramite.
Ideoq; precor, vt gratia, fauor, atque pro- 20.

rectio Domini nostri Iesu Christi sit vobiscum, qui vos à pessimorum hominum insidiis semper tueatur, Amen.

- 31. R.** Salutant nos etiam, uti ait, peculiariter Timotheus ille tuus adiutor atque symmista. Item Lucius, Iason, & Sosipater, cognati tui. Etiam ille tertius anagnostes tuus & amanuensis, qui te dictante hanc scripsit Epistolam; nequaquam voluit preterire suas amantisimas salutationes. Menthio etiam hic fit Gaius hospitius tui, totiusq; Ecclesia. Item Eragi procuratoris Urbani, & Quarti fratris; hos omnes ferè ex facie nouimus, ob idq; lubentius accepimus illorum salutationes.

P. Hac ego ratione uti soleo, non solum ad fouendam mutuam coniunctionem inter Græcas Ecclesias & vestram: verùmetiam, ut totidem veluti scriptoribus confirmata hæc mea Epistola, plus apud vos ponderis habeat. Tāti enim facio meorum fratum consensum in meis scriptis, ut illorū etiam testimonio, & subscriptione cōprobata cupiam meam doctrinā. Neq; enim decet modestiam Apostolicā, aliis adiutoribus veluti spretis, priuatam tantum famā quare. Verumenimuerò in his omnibus, de quibus vos monitos cupio, recte peragendis multum est periculi: ideoque precor iterum atque iterum, ut gratia & fauor Dei nostri sit cum omnibus vobis, Amen. Nam

Nam mihi credite, abstrusissima sunt anti-
qui Serpentis consilia, neque humana sa-
pientia absque Dei spiritu potest ea rima-
ri: multo etiam minus retegere, aut eu-
dere. Hanc ob causam semper in meis pre-
cibus ego illum oro, qui potens est vos sta-
bilire, ut vos confirmet secundum Eu-
gelium meum, quod prædico inter g̃etes:
& iuxta præconium ipsius C H R I S T I cœ-
lestis doctoris, qui nobis à patre datus est,
ut omnibus patefaciat mysterium illud:
quod æternis quidem temporibus tac-
tum fuit: nunc autem factum est manife-
stum: cùm per C H R I S T I seruatoris nostri
prædicationem, tum etiam per Scripturas
propheticas. Idque ex imperio sempiter-
noque decreto æterni Dei, ut sacratissi-
mum illud arcanum omnibus declaretur:
in eum finem, ut omnes obedient fidei.
Deum vnicum creatorem agnoscāt, eiūs-
que vnigenitum filium I E S V M C H R I-
S T V M amplexentur: in hoc ipsum à patre
clementissimo in mundum missum, ut di-
uini Numinis clementia & misericordia
omnibus patefiat. Huic soli Deo sapienti^{27.}
sempiterna sit gloria per eundem I E S V M
C H R I S T V M in secula. Amen.

Magnifica sane est hæc tua gratiarum actio, qua
predicas Dei potentiam & sapientiam. Qua virtu-

res, cùm in omnibus Dei operibus mirificè offendantur, in nostrī vocatiōne omniumq; gentium per Euangelij prædicationem potissimum clucēt. Sed audi, cùm hēc Epistola ad nos fuit perlata ē Corintho, per Phœben ministrā Cenchreensis Ecclesia: nostri senatores videntes huiuscemodi tabellarium, eleuabant maximē Apostolicam tuam autoritatem: ed quod non haberetis alios viatores, & honorificos tabellariorū, vt i habent Pontifices nostri, per quos mitteretis literas tuas ad Ecclesias quibus scribis.

P. Ista omnia sunt, mi frater, mundana latura, quibus indiget superstitiosa doctrina; ed quod nihil habeat solidi fundamenti, quo nitatur. Euangelium autem CHRISTI, non necesse habet huius mundi praesidiis, neque eius annūciatores, alios quam tabellariorū, viatores, bedellos, aut ministros, quam Diuino metu præditos, quibus vtuntur ad propagandam Euangelij gloriam. Vos ergo (vt tandem finem facimus) abiecto fastu huius immundissimi mundi, crucem CHRISTI amplexemini, neq; pudeat vos discipulos esse illius, qui cùm Dominus esset, se seruum fecit vestri causa. Tibi autem peculiariter gratias ago, pro hac tua visitatione; Deumque precor, vt iibi pro hoc tuo præstito erga me humanitatis officio, sui spiritus dona magis ac

Caput XVI.

199

gis ac magis adaugeat. Si posthac me inuiseris, eris mihi longè gratissimus.

R. Adero certè aliàs, quoties per otium licebit sinterim
Deum vicissim precor clementissimum, vt in his vin-
culis tibi semper adsit, animumq; tuum sui spiritus
virtute corroboret. Vale.

F I N I S.



FRANCOFVRTI,
Ex OFFICINA TYPOGRAPHICA
Nicolai Bassei.

clo. 19. Lxxxvii.


etiam in dicitur 12. et regnante signo 12.
et nullum tempore dicitur 12. et regnum
et regnante 12. et regnante signo 12. et regnante
et regnante signo 12. et regnante
et regnante signo 12. et regnante
et regnante signo 12. et regnante


et regnante




и сим възгледът
и сим възгледът и сим възгледът
и сим възгледът и сим възгледът

и сим възгледът







legatray att pkrz 1502 44

939-40

